

M U R A N A
DECIMA DIOCESANA-SYNODUS

Prima vero

Ab Illustriſi. & Reverendissi. Patre, & Domine

V I T O M O J O

E P I S C O P O M U R A N O

SS. D. N. PP. Praelato Domestico,

Solioque Pontificio Assistente


Muri in Cathedrali Basilica celebrata die xv.

Augusti CICCIOCXLVI. Praefulatus

Anno tertio

S U M M O P O N T I F I C E

BENEDICTO XIV.



NEAPOLI; Typis Joannis de Simone; MDCCCLXVIII.
Superiorum permisso.





EMINENTISS. ET REVERENDIS. DOMINO

DOMINICO

S. R. E. TITULO SS. VITI, ET MODESTI
DIACONO CARDINALI

URSINO

GRAVINENSIMUM DUCI,
MURENSIUM COMITI, &c.

VITUS MOJO

EPISCOPUS MURANUS

S. PPQ. F.



Iecefasanas constitutiones, Princeps Eminentissime, per me in synodalibus comitiis mox typis vulgaturus, Em. Tuæ inscriptas aveo consultissime, ut præclaro Nomine tuo præfulgentes lucem, veluti sole irradiante, auspicato aspiciant. Qui enim fiet, ut clerus, po-

a a palus;

puliusque Muranus in Urbe tua leges autho-
ritate tua communitas , oculisque tuis ut
veris ac legitimis judicibus inspectas , pro-
bataisque abnuere , despicer , contemnere.
audeat , vel æquo non accipiat animo ? Unus
profecto præstare vales (quod S. Leo Ma-
gnus ad Pulcheriam Augustam scribens (a)
optavit) & Principalem , & Sacerdotalem
authoritatem in iis defendendis , quæ ad di-
vinam pertinent confessionem : nam alteru-
tra ubi defecerit , res humanæ in tuto esse
non possunt . Quam rarissimo exemplo , sed
arctissimo conjunctas fœdere in Te uno ad-
miratur Orbis , & Urbs potissimum Tua ve-
neratur dynastiam seculi , & eminentiorem
Ecclesiæ dignitatem ; sagum , & purporam:
quippe quem æque summus Dei Vicarius ,
ac Princeps per Deum regnans & comple-
cti , & ornare concertant , veluti unum su-
perstes Ursinæ gloriæ simulacrum . Unum sa-
ne , in quo immensam meritorum dotem a-
gnoscunt progeniei tam inclytæ , quæ tot
Heroes Orbi maximos , tot Pontifices Eccle-
siæ summos , tot Divos dedit Empyreo . Cur
autem intra Ecclesiam potestatis adeptæ cul-
mina

(a) Ep. 29. in can. 21, res autem XXIII, qu. 5.

mina tenes , Dux seculi , una & Papæ Coadjutor Collateralis , nisi ut per eandem communias ecclesiasticam disciplinam ? (a) Id generatini seculi Principibus a Divo Isidoro Hispalensi assertum in Murana speciatim Ecclesia Em. Tuam vel maxime spectat . Propter Deum siquidem quemque subditorum non modo Regi tanquam præcellenti , sed Tibi etiam Duci , tanquam a Deo misso ad vindictam malefactorum , laudem vero bonorum , ex oraculo Apostolorum Principis (b) parere necesse est , moremque gerere . Præterquam quod tuò non tam imperio nobis opus est , quam exemplo . Ex moribus enim ac virtutibus Em. Tuæ satis superque intelligimus ac sentimus ,

.... *Quid mens rite , quid indoles
Nutrita faustis sub penetralibus*


Possit . Quid Benedicti XIII. tui patrui magni valuit animus in puerum Ursinum , quid religiosa institutio . Hæc vim sanguinis insitam promovet in dies . Hæc efficit Em. Tuam esse continenter in officio Magnatis

inly-

(a) Isidor. in can. Principes XXIII. q. 5.

(b) I. Petr. a.

inclytì , cívis optimi , parentis pervagilis , Du-
cis aquissimi , Comitis integerrimi , egregii uni-
versæ Ecclesiæ Senatoris , solliciti legum &
canonum custodis . Exemplo proinde tuo
potius alliciuntur , quam dominatu compel-
luntur subditi ad profliganda vitia , ad virtutes
amplexandas : regulasque boni & æqui a Te-
metipso , ut maximo justitiae cultore , accipiunt
nedum laici ad temporalem communitatis
suæ felicitatem confovendam , sed ecclesiasti-
ci quoque ad disciplinam clericalem sartam
rectamque habendam . Satis hinc quisque in-
telliget huic Synodo meæ in Ursino patroci-
nio summum esse præsidium : causasque haud
vulgares me ad eam Em. Tuæ consecrandam
impulisse . Eam itaque rēnidente vultu quæ-
so accipias , Tuaque tutela digneris . Et esto
maximi , quo Em. Tuam prosequor , obse-
quii testimonium sempiternum . Vale . Te-
que Deus O. M. pro subditorum felicitate ,
Ecclesiæque bono incolumem seruat quam
diutissime .



SY.

SYNODI INDICTIO VITUS MOJO

Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia
Episcopus Muranus.

Evangelici hominis semen, quod est verbum Dei, ubi in terram bonam non ceciderit, vel abripi, vel exiccari, vel suffocari tradidit ipsa Dei Patris Sapientia (a). Nos proinde pertimescentes ne nostra pastoralis cura, quæ a primo ad hanc Ecclesiam ingressu usque modo studet pro viribus bonos in sanctitate confirmare, malos paternishortationibus ad justitiae semitas reducere, similem in eventum incidat, Tridentina de Synodalibus Comitiis convocandis præcepta amplectimur, & exequutioni demandare instituimus: non eo quidem animo (b), ut onera gravia, & importabilia dilectionis nostris subditis alligemus; sed perpetuo benevolentie arguento ipsis tradamus simul & edicamus, quæ recta, quæ iusta, quæ semper æqua Summis Ecclesiæ Pontificibus, Sanctis Patribus, nostrisque Praedecessoribus visa sunt: quæque Nobis etiam ratione duce videntur sacris canonibus contentanea, ad nostræ Ecclesiæ utilitatem, ut Muranus Episcopalis ager nostris Apostolicis laboribus excultus (Deo adjuvante) fructus honoris, & honestatis (c) indesinenter, & ad centupli mensuram reddat. His ergo moti Primam Nostram, Diescesanam vero Decimam Synodum solenni die Assumptionis Immaculatae Virginis, Deique Genitricis Mariæ hujus Cathedralis Titularis, quæ erit decima quinta mensis Augusti

cur.

(a) Matth. 13.

(b) Sess. 24. cap. a. de reformat.

(c) Eccles. 24. vers. 23.

currentis anni CCCCCXLVI. ad omnipotentis Dei, ejusdemque beatæ Virginis, sancti Martyris Quirici, Sanctorumque omnium gloriam pro divini cultus incremento, ecclesiastice disciplinæ restauratione, & conceditarum Nobis animarum omnium salute habendam rite, celebrandamque edicimus atque intimamus. Quapropter singulos dilectos fratres Dignitates, & Canonicos Capituli nostræ Basilicæ, nec non ejusdem Mansionarios, Parochos, totumque Urbanum Clerum; Dioecesis Archipresbyteros, Clerorumque Procuratores, Superiores insuper parvorum Conventuum Regularium; & quoscunque alios, qui de jure, vel consuetudine, vel privilegio hujusmodi nostræ Synodo convenire & interesse debent, ordinaria, & respective Apostolica Nobis delegata auctoritate requirimus, monemus, hortamur, eisque etiam, & eorum singulis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, aliisque censuris, & poenis a jure, vel consuetudine in Dioecesanis Synodis ferri, infligique consuetis, indicimus, præcipimus & mandamus, ut ii non legitime, & canonice impediti per se met ipsos personaliter, vel probato penes nostrum Vicarium Generalem impedimento, cum ejusdem licentia per speciales Nuncios, sive Procuratores huic sanctæ Synodo celebrandæ, ab hora matutina undecima usque ad Comitiorum dissolutionem per totam designatam diem decimam quintam Augusti in eadem nostra Cathedrâli decenti habitu clericali, cuique proprio, convenire, adeffe & interesse debeat. Dignates, & Canonicos ejusdem Basilicæ, nostrum Venerabilem Senatum pro die decima Augusti hora vigesima prima post Vespertas convocatos volumus, ut in nostro Episcopio ad præviam Synodo Congregationem coram Nobis tenendam se conferant. Si quis aliquid corrigendum, vel decernendum pro conscientiæ suæ, ac prudentiæ dictatione judicaverit, ad Nobs, vel nostrum Vicarium Generalem deferas, ut in Congregatione præmittenda discutiamus, & quod salubriter videbitur, decernamus. Parochos Urbanos, & Dioecesanos præterea monemus, ut dum ad bonum Gregis diligenter Nos intendimus, ipsi quoque sibi proprium incident po-

puluer; humillimas ad huminum ecclastem Datorem preces effundere, ut quæ agenda sunt, videamus, & quæ viderimus adimplenda, exequamur. Demum indulgentiam plenariam, quam per totam indictam Synodi diem vere confessis, & comitatis, nostram Cathedralem visitantibus, & de more Divitiam misericordiam deprecantis authoritate Apostolica largimur, locutri non negliganti. Quæ ut corporibus sint nota, praesentes edicimus, atque affigi ad valvas Ecclesie Cathedrales, singularumque Parochialium totius Dioecesis mandamus, quibus sic publicatis singula superius disposita ita omnes præmissos comprehendere, & rectare intendimus, ac si eorum singulis forte intimaçia. In quorum, &c. Datum Musi ex nostro Episcopali palatio Idibus Julii CCCCCXLVI nostri Prefulatus anno III.

Vites Episcoporum Muranensis.

Franciscus Caspianus Castellarius Episcopus.



OMNIS

O R A T I O

In apertura Synodi habita ab adm. Reve-
rendo D. Joanne Baptista de Paulanto-
nio Terra Caletri Complanae Archidiœ-
cesis, Sacra Theologiaz Professore, Con-
gregacionis Clericorum P. Pavonis Mis-
sionario, Monialium hujus Civitatis
Confessario Ordinario, & Illustrissimi
ac Reverendissimi D. Episcopi Convici-
tatore.

Importunum; ne dicam supervacaneum; atque omnino
abs re, nonnulli fortasse videbitur (Illustris. & Reye-
rendiss. Praesul) novam Synodus hisce nostris temporibus
eovocare, posteaquam ea omnia, quæ ad diuinorum my-
steriorum explorationem, ad Diœcesis regimen attinent,
satis superque in hac eadern Cathedrali Ecclesia Illustriss.
Antistes, fel. recor. Dominicus Antonius Manfredus, sibi
ipsi, vineæque Domini Sabaei consilias, per synodicas
leges & sanctiones, diuinarum rerum decorum, & sancti-
tatem non feme vindicavit; immo Gregem sibi concredi-
tum ab obliquis tramitibus, per quos itur perditum, sum-
ma ope ac diligentia avocavit.

Attamen, qui sic buccis crepantibus suum ventilat ju-
dicium, profecto a seipso discedit, vel inania meditatur.
Quid enim sibi vult propheticum illud oraculum: *Deus (a)*
sicut in synogoga Deorum: sive ut Caldæus vertit: Deus, cu-
m Majestas commoratur in congregacione Justorum, qui
potentes sunt in lege; nisi per magni ponderis esse Concilia-
voge-

(a) *proph. 81. v. 1.*

cogere? Ad quid Tridentini Patres (a) sollicita authoritate; & vigilancia Dicecianas Synodes quotannis celebrari statuerant? Quae de re poenas in Sacris Conciliis (b), Aurelianense V. Tarragonense L. Toletano XI. sanctitas in curare desidero Ecclesiarum Antitites, frequentius definitum:

Prietur quamquod, quem neminem fugiat ex synodis convocatis maxima militatem in Ecclesia redundare; debet Episcopus, sicut fortis armatur (c) custodiens atrium suum, debet inquam diu, nocturne pro muro ercis ipsi concredite ad hostiles incursiones fugandas impavidè excubare: debet, ne plaga tumens in morbido pecore contabescat, agitatem suam servide perlastrare, eisque ex animo occurrere, ne ritor & culus in Templis obscuretur, ne subძia erga egenos ex Ecclesie facultatibus, que sunt vota fidelium, pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, dicipiantur, vindicantur, & absuntur.

Hinc iuremerito ab ipsis nascentis Ecclesiae primordiis, harum Synodorum manu exstimator fuit. Sic Apostoli interne Veritatis magisterio credidi cum de legalibus causis monitis retinendas ne, en abeendas quæcū effici exorta, non sit honestus, sanctiusque habuerant, quam ut in unum coeuntur, quid potissimum Christiane plebi expedire, in medicina confidere. Hie propagaculis usi sunt arata rugis fronte Ecclesie Patres sub orthodoxa Religionis, Fideique Catholicæ integritatem evanđiam, ad heretos interminandas, ad competentia schismata, ad morum depravatum licentiam exhibendam. Quorsam vero virtutatis munitionem & longinquum depromere, si malis omnibus Christiane Reipublicæ intenderetibus Synodorum remedio obviā itum fuit, Ecclesiæ iniquitatæ apprime consultum? Convenienter quippe Patres in unum, consiliosque suorum & collatis, quo

(a) Sess. 24. de sefor.

(b) Apud Trid. laud. sess. juxta edit. Venet. 1709 p. 112. 113.

(c) Ex Luca 11. v. 1.

tenenda essent, a quibus vero cauendum sedato iudicarentur,
apposite decreverunt.

Par igitur, sequiturque est, ut saluberrimis Ecclesiae
institutioni Apostolica traditione, & sacrosanctis Ecumeni-
cis Conciliis solerter commendatae obtemperando tueritissi-
mus noster Antistes, qui cito salutaribus Edictis Gregorii
suum aberrantem, & ad novia pascua divergentem ad bonam
frugem reducere inde sinenter studuerit; & quod omnia
seculorum memoria, & commendatione est dignum, pue-
ros, immo & adultos, qui ob nunquam satis detectandam
socordiam sacrosancte Fidei rudimenta ignorabant, impie-
gra sedulitate ad Christianae Doctrinæ libera admovere
summopere elaboravit: quia tamen est in agendo impigeri
rimus, zeloque in Dei gloria promovenda flagrantissimis
laboribus, vigiliis, solitudinibus, incommodis; ingratias
diniib[us] animarum saluti posthabitatis, tertio iam currente
sui Praesulatus anno Synodus congregare est opportuus
aggressus.

In ipsa quidem se bossum Pastorem, esse meritorium
esse ostendens, qui iusta Christi omni distinctione
(a), non propriis contentis oribus, sed sua ratione ovit
semper felicius immigrat, seclusus quibuscumque humanis re-
spectibus, Deum duntaxat præ oculis habendo, Sacra-
mentorum recte administrationi, Ecclesiae opportunis occa-
sionibus. Cleri integritatis honestati, legibus, statutis
tisque laudiquaque imporeabilibus, sed charitatis suave-
tate temperatio, pro pastorali munere rite obsequio atque
commune bonum benigne, per amanter, & clementissime
consulto;

Constituit porro, & ita non deficient lapides (b) San-
ctorum, non lugubris antenatalis, & marus pariter nomi
distipabiles, Constatit; & qui Potentiam favere, vel tem-
poralis lucris aucupio Dignitates, Canonicatus, Paro-
cias,

(a). Hom. 20. in Joh. c. 16. v. 34.

(b). Thren. 2. cap. 8.

clis; Portiones ambiunt, Ver facias ministerium praepon-
stero praeipiunt, defraudantur a desiderio suo. Consult.
(a), vultus pecoris fui diligentius agnoscendo, ut tanquam
dispensator fidetis, & prudens, querens non (b) quae sua-
sum, sed Iesu Christi, cuiusque meritis & laboribus sequen-
tiae, liberatis tempore suo: prenuu largiatur & tribuat.
Consult tandem; & parvulis (c) frangetur Evangelicus
panis, spiritualibus remediis agrotantes curabuntur: non am-
plius erit ut Populus (d), sic Sacerdos; sed unusquisque,
scier vestram bonorum posse.

Ceterum (ut res totam verbis quam paucissimis ab
solvens), quemadmodum synodis legibus praetare con-
decorantur Dioceses, sic Ecclesiarum Ministri nuptiale
indumentum non habentes, ut pote stola Characteris pri-
ma esset, candida quidem, & decorata veste nullis secun-
di nequa redolente induerentur. Idcirco virtute scipionis ele-
ganzae praetegendo, & cum propria Matre, veritatis
columna, & sapientie magistra pacem habebant, nec in
carum numerum, qui iuxta Bernardi mentem, illam spete-
uerat (f), & involuerant a turpi vita, a turpi questu
a turpi commercio, a negotio perambulante in tenebris,
in istorum numerum nequaquam admittentur; immo ab
illa laudati Doctoris formidanda redargutione penitus va-
cabant. Ois prædictis est (g), & non tempore impatio-
nis advenit. Ecce ita pote caritatis entus amarissima: a
mara prior in meo martyrum, amarus post in confite-
hereticorum, amorissima hanc in moribus domesticorum.
Sicut itaque degum ecclesiasticarum sanctitas; & prie-
stantia in Synodis maxime splendet, earumque authoritas

(a) Pro. 27. v. 23.

(b) Ad. Philip. 2. v. 21.

(c) Thren. 4. v. 4.

(d) Ofese 4. v. 5.

(e) 1. Thess. v. 4.

(f) Serm. ad Cler.

(g) In cit. serm. ad Cler.

in reformatio capite , & membris ; in stimulando abusibus , vel quallendis vitiorum verpibus , in arcendo vulpibus , quae demoliuntur vineam , in restauranda Ecclesia disciplina , tamen curam consumit & operam , infirma (a) membra consolidando , abjecta reducendo , confracta al ligando ; conservando depravata , Ordinisque clericalis discipula , & sanitatem restituendo ; sic earundem obser vanciam ex nostri memoria nulla unquam deleat oblivio , defuetudo nulla persistet .

Hec postulat , Patres amatissimi , sancta Mater Ec cleia , in hac conuentum huc totius Diocesis Pastorum , cotempore vota confirmat . Et ne charitas refrigerescat , quicque in synodis constitutionibus actuosa , candide , erudite , & pie intenta , fidelium animis studiofissime institutis , usibus vos non meis , sed Boni Petri vocibus la uillante adhortor . Magis fatigare (b) , ut per bona opera vestrae vocationem , & electionem faciasis haec ente faciasis , non poteritis aliquander .

Nostris ergo sint , ut potius Domini servos vericos , atque siue mancipatos ministeria , quo saluberrime sancti sunt , populo luculentiter exponere , cumque ad iterum extramm extirvantur . Nostrum erit omnem conatum , vires omnes intendere , ne quid eorum obliviosi tradatur , aut hominum malitia labefactetur . No strum denique enit verbo , & exemplo tanquam lucernas (c) dentes , & lucentes super candelabrum in hujus seculi caligine alii sufficiat prouulgare . Quia quidem omnia superabundanter efficiuntur , si serua facili Gregis ex animo , ut in sua prima catholica epistola egregie monnet Petrus , fastidientium , obtrectantium , sequac refractoriorum dolosas linguas , invidos dentes (si qui forte sint) adamussim retinuendo , quam maxime floccipende-

(a) Ex Ezech. 34. v. 2.

(b) I. Petr. c. 1. v. 10.

(c) Ex Matth. 5. v. 15.

demus. Ita sane fiet; ut vitam; nesciique hosteros facta
Sacrosanctum Canonum disciplinam; & synodalium statutorum
rum normam regere contendentes, obmutescere faciantur
(a) imprudentium hominum ignorantiam; & ubi (b) non
audatores legis tantum, sed & faberes nominemur, & fa-
mam; dum quod res ipsa dicimus, meritis non contradi-
cimus, veretur (c) utique, qui ex adverso est, nihil bu-
bens malum dicere de Nostis.



IN-

- (a) 1. Pet. 2. v. 15.
- (b) Jacob. 1. v. 2.
- (c) Ad Tit. 2. v. 8.

INDEX

CAPITUM

TITULI PRIMI

De summa Trinitate, & Fide Catholica.

Cap. I. D e fidei professione.	pag. 1
Cap. II. D e Doctrina Christiana.	6
Cap. III. D e Verbi Dei predicatione.	7
Cap. IV. D e Reliquiis, & veneratione Sanctorum.	12
Cap. V. D e observatione jejuniorum.	18
Cap. VI. D e maledicis.	19

TITULI SECUNDI

De Sacramentis.

Cap. I. D e Sacramentorum administratione.	23
Cap. II. D e Baptismate Sacramento.	25
Cap. III. D e Sacramento Confirmationis.	28
Cap. IV. D e Eucaristie Sacramento, & Missie Sacrifício.	30
Cap. V. D e Sacramento Pénitentiae, & casibus reser- varis.	38
Cap. VI. D e Sacramento Extremae Unctionis.	46
Cap. VII. D e Sacramento Ordinis.	48
Cap. VIII. D e Sacramento Matrimonii.	49

TI-

T I T U L I T E R T I I

De Ecclesiastica Disciplina.

Cap. I. <i>D</i> e vita, & honestate Clericorum.	52
Cap. II. <i>D</i> e Prabendis, & Dignitatibus.	54
Cap. III. <i>D</i> e Parocbis, & eorum officiis.	55
Cap. IV. <i>D</i> e Seminario Clericorum.	57
Cap. V. <i>D</i> e Regularibus, & Monialibus.	58
Cap. VI. <i>D</i> e sacrosanctis Ecclesiis.	61
Cap. VII. <i>D</i> e Foro Episcopali.	62

T I T U L I Q U A R T I

De Constitutionibus.

Cap. I. <i>D</i> e Usuris.	64
Cap. II. <i>D</i> e Syndalibus Constitutionibus.	64

C A T A L O G U S

O fficialium, & Examinatorum Synodalium.	66
---	----

A P P E N D I C E.

I struzioni di S. Carlo per gli Confessori.	72
Proposizioni dannate da Alessandro VII.	98
Proposizioni dannate da Innocenzo XI.	105
Proposizioni dannate da Alessandro VIII.	114
Lettera enciclica di N. S. Papa Benedetto XIV. sopra la pravità usuraria.	119
Sommario delle costituzioni di N. S. PP. Benedetto XIV. sopra l' applicazione della Messa per lo popolo.	126
Editti emanati.	128
Atti pratici delle virtù Cristiane.	137
	No-

*Nota di alcune Indulgenze da potersi guadagnare da
ogni fedele.*

*Indulgenze, che si possono guadagnare nella festa del
Corpo di Cristo, e per l'ottava.* ¹⁴²

*Indulgenze, che possono guadagnarfi da quelli, che ac-
compagnano il S.S. Viatico agl' Infermi.* ¹⁴³

*Modo approvato da N.S. PP. Benedetto XIV. per applica-
re l'Indulgenza in articolo di morte agl' Infermi.* ¹⁴⁴ ¹⁴⁵



EMI-

EMINENTISS. E REVERENDISS. SIGNORE.

Giovanni di Simone pubblico Stampatore in questa Città di Napoli umilissimo servo di V. Em. supplichevolumente le espone il desiderio, che ha di dare alla luce con le sue stampe *Il Sinodo di Muro*, celebrato dall' Illusterrissimo e Reverendissimo Monsignor Mojo Vescovo di quella Città. Quindi priega la benignità di V. Em. a degnarsi commetterne la revisione, e successivamente concedergliene l'opportuna licenza: e la riceverà a grazia singularissima.

*U. J. D. Dom. D. Carolus Gagliardus in Lyceo Neapolitano
Canonum Antecessor revideat, & referat. Datum Neapoli
bac die 1. Junii 1748.*

C. EPISCOPUS CAJACENSIS VIC. GEN.

Julius Nicolaus Episcopus Arcadiopolit. Can. Dep.

c a

EMI-

EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOMINE.

Venerando Em. T. mandato obsequutus *Synodus Muranam decimam anni 1746.* legi qua potui & debui solertia: nihilque in ea deprehendi, quod a sacris Fidei dogmatibus dissonet, aut e canonibus ecclesiasticis declinet: sed immo studium Antifititis maximopere satagemis ac solliciti in exponendis Fidei ac morum regulis clero, populoque sibi commisso. Eam proinde dignam, quæ formis vulgetur typographicis, censeo. Hac die 17 Junii 1748.
E. T.

*Humillimus, & addictiss. client
Carolus Gagliardus.*

Attenta relatione Domini Revisoris, imprimatur. Datum Neapoli bac die 17. Junii 1748.

C. EPISCOPUS CAJACENSIS VIC. GEN.

Julius Nicolaus Episcopus Arcadiopol. Can. Dep,

S.R.M.

S. R. M.

SIGNORE,

IL Vescovo della vostra Città di Muro della Basilicata,
supplicando umilmente rappresenta a V. M., come si
trova di avere in questo anno celebrato un Sinodo per la
Diocesi alla sua cura commessa, ch' intende far pubblicare
eziandio per istampa : ed a questo fine compiegato l' umilia
alla M. V. perchè si degni commetterne l' esame, affin di
vedere, che niente contenga di pregiudiciale alla vostra
Regal Giuridizione, e ch' altro che la ricevuta disciplina
non s' inculca con i decreti del medesimo. Ed il tutto l'avrà
a grazia, ut Deus &c.

*Admodum Reverendus U. J. D. D. Carolus Gagliardi in
bac Regia Studiorum Universitate Professor in Cathedra Do-
creti resident, & in scriptis reforas. Neap. die 23 mensis
Junii 1748.*

C.GALIANUS ARCHIEP.THESSAL.CAP.MAJ.

S.R.M.

S. R. M.

IN Muranæ decimæ Synodi sumto , quod M. V. mandante
jam obsequentiissimo , attentoque animo revidi , nulla pe-
nitus occurrit constitutio , vel definitio , quæ Regia infrin-
gat iura , aut patrias leges pessundet , aut receptos Regni
mores dissolvat , aut intra fines Imperii ullatenus excurrat:
sed omnia ejus decreta & acta ad puram Fidei orthodoxæ
doctrinam exponendam , & ecclesiastica tantum negotia per-
tractanda Præfus sacerdotali potestate contentus collimas-
se videtur . Cumque istiusmodi sumitum quoque contulif-
sem cum altero , quod a Secretis Regalis Vestrae Jurisdicatio-
nis adversatur sane reformatum , pro executione regii M. V.
rescripti die 21. dilabentis mensis editi , utrumque simul
agnovi concordare . Eapropter typis illud vulgari posse
autem . Hac die 30. Junii 1748.

M. V.

Humillimus Subditus
Carolus Gagliardus .

Die 3. mensis Julii 1748. Neapoli.

*Vix Regali rescripto de die 6. Julii currentis anni , &
approbatione facta ordine S. R. M. de commissione Rev. Re-
gii Cazellani Majoris per Rev. D. Carolum Gagliardi Re-
visorum .*

*Regalis Camera S. Clarae providet , decernit , atque
mandat , quod imprimatur , cum inserta forma præsentis
supplicis libelli , & approbatione dicti Revisoris : verum in
publicatione servetur Regia Pragmatica . Hoc suum &c.*

DANZA P.
FRAGGIANNI.

CASTAGNOLA .
ANDREASSI.
Mastellonus .


*A 8. Luglio del 1748.
Registr. Reg. Jurisd. fol. 30.
Larocca.*

ER.

ERRATA.

CORRIGE.

Pag. 43.v.10. præfatis	præfatis
Pag. 47.v. 3. ingravesente	ingrayescente
Ibidem v.10. ægros	ægroſos
Pag. 57. alla lettera G. A.	4.
Pag. 58.v. 4. perrumpet, vel tur-	perrumpere, vel tur-
bet,	bare
Pag.114.v. 4. trangressio	transgressio
Pag.118.v. 6. imupgnando	impugnando
Pag.122.v.30. Theogiae	Theologie
Pag.124.v.13. Christianæ	Christianæ
Pag.130.v.16. 6.	7.
Pag.133.v. 8. sunt Deum	sunt ad Deum.





CONSTITUTIONES

ET DECRETA

DECIMÆ DIOECESANÆ SYNODI
PRIMÆ VERO.

Ab Illusfriss. & Reverendiss. Domino

D. VITO MOJO

EPISCOPO MURANO

CELEBRATAE

A. CIOCCXLVI.



N nomine Ss. & individuae Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.
Nos Vitus Mojo Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Muranus; ad Dei omnipotentis gloriam sempiternam, Deique Genitricis semper Virginis Mariae, S. Martyris Quirici, & S. Antistitis Gregorii Thaumaturgi, hujus Ecclesiæ Patronorum, Sanctorumque omnium laudem & honorem; pro ea, qua in his autoritate prædicti sumus, ac paterno erga nostros dilectissimos subditos studio & amore, cupien.

A

DECIMA SYNODES

cupientes in hac Dioecesana decima, nostra vero prima Synodo legitime congregata, inolitas corruptelas & excessus corrigere, mores in Clero præsertim reformare, canonicas Sanctorum Patrum regulas in usum revocare, & receptas, quæ legitimæ sint, consuetudines, rectasque ob-servantias firmare, atque præcepto Concilii Lateranensis IV sub Innocentio III (*a*) a Patribus Tridentinis innovato (*b*), ut par est, obsequentes, hasce constitutiones accurata de-liberatione, diligentique consilio perpensas, atque discus-sas perpetuo servandas decernimus, sancimus, & promul-gamus: Deum & Redemptorem nostrum Jesum Christum Præfulum jugem coronam humillime obsecrando, ut quæ ad sanctæ Religionis augmentum, Ecclesiarum splendorem & cultum, nostri Cleri disciplinam, totiusque gregis, qui pastorali sub nostra cura tenetur, sanctificationem stabilien-da censuimus, ab omnibus & singulis adamassim, ipsius co-operante gratia, custodiantur.

TITULUS I.

De Summa Trinitate, & Fide Catholica.

CAPUT I.

De Fidei Professione.

I. **Q**uamvis divina favente clementia hæc nostra Civitas & Dioecesis Fidem Catholicam tanto zelo, tanta-que constantia semper illibate custodiverit; ut ma-ximas inter seculi decimiquarti procellas, pro integre testan-da erga tunc temporis Divi Petri legitimum successorem fi-delis,

- (a) In cap. sicut olim 25. de accusat.
 (b) Ses. 24. cap. 2. de reform,

delitate , honoris Episcopalis Cathedrae privationem magis patienter sustinere , quam agnitæ semel veritati abrenuntiare prælegerit (a) ; & orthodoxa Romanæ Ecclesiæ , omnium Ecclesiarum matris ac magistræ dogmata amplexa fuerit , & usque modo sequatur ; ne tamen hoc Nobis commisso in agro , ubi bonum Evangelii triticum a Patre familias , ejusque apostolicis cultoribus seminatum est , propter operariorum dormitionem inimicus homo superseminet zizania , de Fidei Religione subditos nostros commonere duximus : ita enim & pleniorum adquiri Dei , & Salvatoris nostri Jesu Christi benignitatem possibile esse existimamus (b).

II. Oportet autem Fideles (c) eum spiritum in primis habere , quo afflatus Propheta dixit (d) : credidi , propter quod locus us sum . Quandoquidem in sempiterna regnaturi a praesenti seculo maligno salvi fieri non possumus , nisi nos ad salutem proximorum nitentes , etiam ore profiteamur fidem , quam corde gestamus (e) . Interiores autem exteriore que hi fidei actus , nisi agnitionem eorum , quæ explicita sunt , fidei conjunctam habeant , minime sunt satis ; nam qui nescierunt Sacramenta Dei , neque mercedem speraverunt iustitia (f) . Idcirco animosum Rectoribus , qui sunt Nobiscum uno spiritu collaborantes Fidei Evangelii (g) , districte præcipimus , ut ea , qua decet sedulitate , designatam sibi plebem doceant fidei illos articulos de necessitate , ut dicunt medii , explicite tenendos : Mysteria nempe sanctissimæ , individuæque Trinitatis (h) , Incarnationis Domini no-

A 2

stri

(a) Anno scss vulg. 1378 , Muri Civitas a Pseudopontifice Clem. VII Episcopali Cathedra fuit expoliata , quod clerus , & populus Urbani VI tenuerit partes , unde Cathedra translata in Terram Pulsini Compsanæ Dioecesis , Ughell. Ital. Sac.

(b) L.3. C. de Summa Trinit. & Fid. Cath.

(c) Catech. Rom. part. 1. cap. 2. n. 4.

(d) Psal. 115. v. 1.

(e) S. August. lib. de Fide , & Symbol. cap. 1.

(f) Sapient. 2. v. 22.

(g) Ad Philip. 1. v. 27.

(h) Matth. ult. v. 19.

DECIMA SYNODUS

stri Jesu Christi (*a*), & Dei Remuneratoris (*b*). Atque in iis tradiendis certam methodum, & formulas eisdem semper verbis conceptas adhibeant, quas in appendice hujus Synodi vulgandas curavimus, ut nulia varietate rudis memoria turbetur in eliciendis actibus Fidei, Spei, & Charitatis. Populumque admoneant diyino præcepto minime satisfieri ab iis, qui istos actus vel semel in vita, vel singulis ad summum quinquenniis, quum altera ad justificandum desit via, exerceant, ut quorundam vesaneæ opiniones censemant merito a Sancta Sede profligatae (*c*); sed singulis fidelibus frequenter & assiduo exercendos esse actus hujusmodi, tanquam perpetuum spiritualis vitæ alimentum; & præcipue quum in easdem virtutes tentatio insurget (*d*), vel mortis periculum ingruit (*e*), vel Sacraenta suscipienda sunt (*f*), vel majores anni festivitates celebrantur.

III. Parochis ideo serio injungimus, ut infra earumdem Missarum solennia, statim post habitum sermonem, alta voce, & materno idiomate, populo universo respondente, recitent signum Sanctæ Crucis, mysteria sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis, orationem Dominicalem, Salutationem Angelicam, Decalogi, & Ecclesiæ præcepta, septem Sacraenta, atque actus fidei, spei, charitatis, & contritionis, juxta expositas formulas, ut uno ore honorificetur Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi. Istisque actibus ut semper, ubique, & ab omnibus quævis cathechesis concludatur, districte mandamus.

IV. Quum humani generis hostis antiquus, *sua videret tempora deserta, hereticos movit, qui sub vocabulo christiano do-*

(a) Joann.4. v.68. cap.8. v.24. Act.16. v.31.

(b) Ad Hebr. 11. v.6.

(c) Alex. VII. 24. Sept. 1665. prop.1. Innoc. XI. 2. Mart. 1679. prop. 5. 6. 7. 16. & 17. Alex. VII. 24. Aug. 1690. prop. 1.

(d) Ad Ephes. 7. v.13. Psal. 4. v.6. ad Eph. 3. v.17.

(e) Joan. 5. v.4. Ps. 25. v.1. Ps. 54. v.9. S. Aug. in Ps. 121.

(f) S. Ambr. de Sacram. lib. 4. cap. 5. 1. Petr. 1. v.13.

no doctrinæ resisterent christianaæ, & quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in Civitate Dei, sicut Civitas confusione indifferentes habuit philosophos inter se diversa, & adversa sentientes (a). Ideo Parochis enixe mandamus, ut si quos suspectæ fidei homines in suis districtibus compererint, nostræ sollicitudini caute, fideliterque indigent, quo pastorali providentia, dum latet pestis, fidelium moribus consulere, servatis de jure servandis ex præsca Ecclesiæ disciplina, valeamus, ne ii ob continuam conversationem, assiduamque familiaritatem ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos facili negotio inclinent (b).

V. Nemo fidei dogmata, turbis coadunatis, publicisque disputationibus exponat (c). Secus Ecclesiastici locorum Superiores, & Præfecti studiorum; nec non defendantes, sustinente, & argumentantes (ut vocantur) suspensione plenætantur, atque ad confessiones audiendas perpetuo inhabiles habeantur. Laici vero excommunicationi subjiciantur (d).

VI. Demum quia census est animarum professio fidei (e); omnes Ecclesiastici, qui illam emittere tenentur, ad formam editam in bulla tel. recor. Pii PP. V. (f) integre & sine ulla deminutione vel variatione cum effectu emittant, sub poenis in eadem constitutione sanctis.

CA-

(a) S. Aug. lib. 18. de Civit. Dei cap. 51.

(b) Cap. ad haec 8. de Judæis, & Saracen.

(c) L. nemo Clericus C. de Summa Trinit. & Fide Cath. Conc. Calcedon. Action 3.

(d) Cap. quicumque §. inhibemus de Hæret. in 6.

(e) S. Ambro. lib. 1. in Lucam cap. 12.

(f) Const. incip. Injunctum 13. Novemb. 1564.

C A P U T II.

De Doctrina Christiana.

I. **Q**uum fidelibus primum *lacte opus sit, non solido cibo;*
& que sunt elementa exordii sermonum Dei (a) *tradi-*
dere oporteat, profecto id satius minime impletur,
quam catechizandi magno charitatis munere, quod & pro-
vectiores, & tyrones (non sine magno animi nostri mœrore)
erubescunt. Ne igitur oves Christi nobis concreditae esu-
riant, atque ut quilibet de Clero discat cum Apostolo glo-
*riari, *facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si*
**nutrix foreat filios suos* (b), Parochis in primis gravissimum
 hoc sine curæ onus intelligendum proponimus, ut illud horis pomeridianis portent ac impleant. Si vero semel, atque iterum negligatur, seriae correptioni eos subjiciemus: si tribus, vel quatuor continuatis vicibus omittatur, suspensione a Divinis plectemus: ingravescente autem desidia per tres non interruptos menses, in eorum Ecclesiis Oeconomum deputabimus (c).**

II. Et licet Parochi pecuniari debito sint obstricti ad donandam scientiam salutis plebi Dei, attamen per se solos huic muneri nequeunt plene vacare. Hinc personis ad ecclesiasticum deferendum habitum admissis, clericis in minoribus, subdiaconis, & diaconis præcipimus, ut statim diebus, & horis in Parœciis domicilii sui accedant; juxta Parochi ordinacionem per vicos, & plateas modeste incedant, & campanulæ sonitu, ac voce patresfamilias, & dominos, ut filios, subiectosque ad Ecclesiam erudiendos mittant, invitent (d); & demum coadunatos fideles in Parœcia Christianæ vitæ doctrinam,

(a) Ad Hebr. 5. v.12.

(b) 1. ad Thessalon. 2. v.7.

(c) Ex Trid. sess. 5. cap. 2. sess. 24. de reform. cap. 4.

(d) Cap. ut quisque de vit. & honest. Cleric.

nam, ex libello Cardinalis Bellarmini, ut varietas declinetur (a), angelica compositione, & patienter doceant. Qui autem nostræ huic determinationi non obtemperaverit, sciat ad ulteriores non fore promovendum ordines, quousque nostro arbitrio contumacia non judicabitur purgata. Veruntamen animadvertant Parochi per hujusmodi adjutores docendi pondus minime exonerari, sed duntaxat sublevari. Ceterum current retinere canonem, seu syllabum clericorum, ibique singillatim eorum absentias adnotare fatagant omnino exprimendas quoad numerum, & qualitatem, pro ut singulis annis evenerint, in requisito veritatis testimonio jurato ad ordines, quod Nobis exhibere debebunt.

III. Neque huic muneri factum satis animarum Rectores agnoscant; nisi tardioris ingenii filios, peculiari studio ab aliis separatos, congruo ad id tempore indicto, pro discen-
tium ingenio semetipos aptent (b): mysteriis scitu necessariis instruant, atque ipsorum craftiæ superent (c). Propterea Concionatores, & Confessarii patresfamilias, & dominos hortentur enixe, ut filios, subiectosque instrui current, para-
tamque eis esse divinam ultionem, si negligant (d).

C A P U T III.

De Verbi Dei prædicatione:

I. **V**erbum profecto Dei panis est ille vita; & intel-
leditus, quo cibari; & aqua simul salutaris, qua
potari fidelium animas, ab ipsis Religionis Christianæ incu-
nabulis Redemptor noster docuit (e), ideoque Sacri Divi-
narum

(a) Clem. VIII. constit. incip. Pastoralis 15. Julii 1598. lit. Enycl.
Innoc. XIII. dat. die 18. Febr. 1724.

(b) Can. oportet 8. p. 1.

(c) S. August. lib. de Cathechiz. rudibus cap. 12.

(d) Lit. circul. Sacr. Cong. conc. 19. Jan. 1619.

(e) Lit. Encycl. S. Cong. Conc. de mand. Inq. XI. 6. Jul. 1680.

8 DECIMA SYNODUS

xarum rerum Praecones (a), ut sint Ministri Christi Jesu sanctificantes Evangelium Dei (b), vitam in primis, moresque suos omnes sic componere carent, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum, aut religione plenum praesferant (c), ne cibos ipsos ad vitae praesidium institutos, ipsasque medicinas pro morbis depellendis inventas in mortis instrumenta convertant (d). Quapropter detestantes audaciam eorum, qui verba Dei adulterant, & fere corrumpunt, atque cupientes huic malorum pessimo opportune consulere, quantum in Domino possumus, omnium saluti prospiciendo, haec decernimus, & euulgamus.

H. Animarum quibus interest cura, utcunque ii vocentur, significamus, eis prædicationis munus (licet per Nosmetipos exequendum divinitus sit præcipue commendatum (e), illudque pro viribus obire non detrectemus) divino etiam præcepto esse injunctum: Seniores enim sunt, qui adscriptum ipsis gregem paucere tenentur, ut cum apparuerit Princeps pastorum, immarcescibilem gloriæ coronam percipient (f). Ipsi ideo mandamus, ad plebes suas singulis *sollem Dominici, festivisque diebus, qui de præcepto observari solent, de mane post lectum in parochiali missa Evangelium, sermonem brevem habeant, & facilem auditorum capaciti aptum; vitia, quæ declinare, & virtutes quas sanctari oportet, denunciantes, atque inter cetera de sanctissimo Sacrificio mysterio aliquid declarant (g).* A quibus si per bimestre continuum defecerint, oeconomum cum congrua ex parochialibus redditibus fructuum assignatione deputabimus:

(a) si

- (a) S. Arhau. Sermo. de Reip.
- (b) Ad Rom. 10. v. 16.
- (c) Trid. sess. 22. de reform. cap. 1.
- (d) Supra cit. lit. Encycl. S. Cong. Conc. de mand. Inncsc. XI.
- (e) Cap. inter cetera de offic. ordinar.
- (f) i. Petr. 5. in princip.
- (g) Trid. sess. 22. cap. 8.

(a): si vero sint legitime impediti ; aliis id munericum cum nostro permisso imponant (b).

III. Omnes tam secularis , quam regularis Cleri concionatores , nisi diaconali ordine fulti , & a Nobis , nostrove Vicario generali facultate , & benedictione obtenta (c) hac in nostra Civitate , & Dioecesi evangelizandi munus minime assumant . *Quomodo enim prædicabunt , nisi mittantur (d)*? Et in primis memores sint , quod ordo naturalis est prius purgari , inde purgare ; lux fieri , & alios illuminare ; ad Deum appropinquare , & ita alios ad Deum deducere ; sanctificari , & postea sanctificare (e). Propterea animadvertant , ne in crapulis & comedationibus inveniantur , sed honeste ambulantes , *Quadragesimale* (nisi urgens id vetet necessitas) jejunium observent , ut opera non confundant sermonem (f) .

IV. In verbi Dei prædicatione , non diserta , sed fortia , nec ad audientiæ popularis illecebram culto sermone fucata ; sed ad divinam indulgentiam prædicandam rudi veritate simplicia (g) ex locis Sacræ Scripturæ vulgatæ editionis duntaxat , juxta sensum sanctorum Patrum & Doctorum , in sinceritate ex Deo ; & coram Deo (h) proferant : *Studeant in firmitati audientium se contrahere , ne dum parvis sublimia ; & ideo non profutura loquuntur , se magis carent ostendere , quam auditoribus prodeesse (i)* . Idcirco caveant , ne ad fabulas convertantur (k), sive alias præter Christi Domini , illiusque

B

salu-

(a) Ibid. sess. 24. de reform. cap. 4.

(b) Cap. cum ex injunctio de hæret.

(c) Trid. sess. 5. de reform. cap. 2., & sess. 24. cap. 4. Gregor.XV. const. Inscrutabili 18. Clem. X. in const. superna.

(d) Ad Rom. 10. v. 15.

(e) S. Greg. Nazianz. orat. 1.

(f) S.Hieronym. Epist. ad Nepotian.

(g) S. Cyprian. Epist. 2. ad Donat.

(h) 2. Ad Corinth. 2. v. 17.

(i) S. Gregor. hom. 6. in Ezech.

(k) Constit. Leon. X. incip. supremæ. Trid. sess. 25. descr. de invocat. & venerat. Sanct.

10 D E C I M A S Y N O D U S

salutiferam Crucem, Imagines, & signa producant (a): prorsus enim a tanti muneric dignitate est alienum dragmaticis, vel scenicis representationibus, aliisque ludicris, & vanis terroribus uti. Demum *docentibus illis in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitentur, lachrymaeque auditorum laudes sint sua* (b). Ideo carmina ad sui commendationem maxime in Ecclesiis distribui, quantum in se erit, impudent.

V. *Quia saepe dictorum virtus perditur, cum apud cor da audientium loquacitatis incauta importunitate levigatur;* (c) concionatoribus edicimus, ne sint in sermone adulatio nis (d), nec ambulent in astutia (e), neque in zelo amaritudinis objurgent: sed eorum sermo sit vivus pertinens usque ad divisionem animæ, & medullarum: erga omnes æquale annuntient verbum Dei tanquam discipuli Christi, non ut sequaces Balaam arioli lucro servientes (f); nullimode personas, sed vitia tantum, & ea prudenter arguant, increpant in omni patientia, & doctrina (g). Hinc serio prohibemus, sub pœna perpetuae inhabilitationis ad concionandum, quæstum eleemosynarum pro se ipsis, vel sociis (h): illas vero, quæ ultro in Diœcesi conferuntur, enixe monemus, ne per se ipsos colligant, sed ope Parochi, vel administratorum utantur: pro aliis demum de nostri Vicarii Generalis licentia in Civitate, & Vicarii foranei, vel saltem Archipresbyteri in Diœcesi illas petere toleramus. Pari pœnæ, aliisque ad culpæ, temeritatisque mensuram subjicimus eos,

(a) Act. Eccl. Mediolan. part. 5. §. quoniam.

(b) S. Hieronym. epist. 2. ad Nepotian.

(c) Can. sit rector. dist. 43.

(d) Ad Thessal. 5.

(e) Ad Corinth. 4. v. 2.

(f) S. Bonav. in Lucam cap.9.

(g) 2. Ad Timoth. 4. v.2.

(h) S. Cong. Episc., & Regul. in Placentina 20. Julii 1619., & in Æsina 3. Martii 1707. Sacr. Congr. Conc. de mandato SS. in Casaten. 17. Januar. 1703.

eos , qui ultra evangelicam & apostolicam regulam redarguent .

VI. Non decet lucem evangelicæ veritatis in tenebris tradere : etenim Christus Dominus , prædicatorum norma , vespere solus ascendebat in montem (a) , ibique erat pernotans in oratione Dei (b) : de die vero descendebat , & homines docebat (c) . Nemini proinde mane ante ortum solis , vespere post occasum conciones habere liceat . Si autem aliter fiet unquam , Ecclesiam ipso facto interdictam ; Concionatores , Ecclesiarumque Rectores , quomodolibet nuncupentur , excommunicationi latæ sententiæ obnoxios efficimus .

VII. Quoniam qui ex Deo est , verba Dei audit (d) , ratio postulat , ut verba Dei præ omnibus audiat clericalis ordo in sortem Domini vocatus , atque ad famulandum Deo mancipatus . Ideo præcipimus omnibus , & quibuscumque Ecclesiasticis , chori servitio addictis , quatenus tempore Adventus , & Quadragesimæ , chorali habitu induiti , concionibus singulis interveniant ; aliter puntaturæ subjiciantur (e) . Cæteri vero sub pœnis a Sacra Congregatione præscriptis in Ecclesia convenient (f) , ut eorum frequentiæ exemplo laici ad ~~interréfendum~~ attierantur .

VIII. Præterea sub pœnis nostro arbitrio , Vicariis foraneis , & Archipresbyteris nostræ Dioecesis districte ordinamus , ut omni humano respectu eliminato , si Concionatores , iis , quæ in his comitiis declaravimus , non obtemperaverint , ad Nos fideliter deferant (g) , ut morbo medicamen afferre valeamus .

B 2

CA-

(a) Matth. 14. v. 23.

(b) Luc. 6. v. 12.

(c) Luc. ibid. v. 13. & seq.

(d) Joan. 8. v. 48.

(e) S. Cong. Conc. in Comen. 10. Martii 1580. Castellaneten. 20. August. 1602. Nicien. 14. Nov. 1725. Ripana 16. Martii 1709. Melevitana Synod 9. April. 1707. ad 1. Venulan. 22. Januar. 1719. ad 3. Fulginaten. Synod. 18. Julii 1723. ad 6.

(f) Sacr. Cong. Conc. in Civit. Castell. 22. Martii 1600. in d. Melevitan. Synod.

(g) Lit. encycl. S. Cong. Conc. jussu Innoc. XI. 9 Julii 1680.

D E C I M A S Y N O D U S
C A P U T . IV.

De Reliquiis , & veneratione Sanctorum .

I. **I**cet suprema Dei Majestas totum humani cordis amorem. (a) exigat , & omnem sibi honorem & gloriam vindicet (b); tamen ut proximum propter Deum ipsum diligamus , præcipit , minimeque dedignatur (c) , ubi honorem illum ipsius Domini intuitu iis impendamus , quos ipse nimis honoratos amicos reddidit (d): quin mirabilis in Sanctis suis agnosci voluit , ubi fidelibus ordinatum ac respectivum cultum exhibentibus erga sacras imagines , & Sanctorum corpora tam viventia , quam mortua (e) , & illorum quoque umbram , & vestes (f) , divina omnipotentia mira patravit , quæ veritatem Religionis nostræ detegunt , & Fidem rerum non apparentium probato sacræ doctrinæ argumento credibilem incredulis ac perfidis ostendunt . Ut autem versutia cludatur diaboli , qui adstruendis aptus insidiis in Sancto maligna faciens ne ejus superbiæ victoribus debita præbeatur veneratio , satagit vel specie adorationis , quæ soli Deo debetur , Sanctorum cultum auferre , aut superstitione , & errore maculare ; tantis teterimi hostis fraudibus qua par est sedulitate occurramus , oportet .

II. *Si Dominum in Sanctis ejus laudare jubemur , dignum id profecto , justum , & salutare Nobis existit (g) , ut exinde intelligamus , quum Sanctos invocamus , eorumque memorias veneramur orationibus , & jejuiniis , ea ad Deum dirigi , adjunctis comprecatoribus Sanctis (h) . Dum honoramus*

- (a) Deut.6.v.5.
- (b) Isai.42.v.8.ad Timoth.1.v.17.
- (c) Matth.22.v.39.
- (d) Ps.138.v.17.
- (e) 4.Reg.13.v.21.
- (f) Act.5.v.25.cap.19.v.12.
- (g) Clement. si Dominum de reliq. & venerat.Sanctorum.
- (h) Conc.Cameracen.1656.

mus Reliquias Martyrum, & ejus, cuius sunt Martyres, adoramus: honoramus servos, & honor servorum redundat ad Dominum (a): solus quippe Deus fons & largitor est bonorum omnium, quae per Filium ejus Dominum nostrum Jesum Christum mediatorem nostrum impetramus: hujus vero cum divinam veneramur Majestatem, opus est mediatore ad mediatorem istum (b). Imagines autem ideo retinemus, eisque debitum honorem reddimus, non quod credatur inesse aliqua in eis Divinitas, vel virtus, propter quam sint colenda; vel quod ab iis sit aliquid petendum: nec quod fiducia in Imaginibus sit figura, veluti olim fiebat a gentibus, quae in idolis spem suam collocabant; sed quoniam bonos, qui eis exhibetur, ad prototypa, quae illæ representant, refertur: ita ut per Imagines, quas osculumur, & coram quibus caput aperimus, & prosimbi mus, Christum adoremus; & Sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur (c). Sic ergo Sanctis, sacrisque Reliquiis, & Imaginibus honor catholice praestetur. Istudque dum observandum proponimus, Parochos, animarumque Rectores enixe hortamur & monemus, ut præmissa populis sibi commissis paternè aperiant, sapienter instruantur & eoque pariter instruant preces attente ac modeste recitandas fore; & non tam vocalium orationum multitudine, quam affectu cordis, juncta morum probitate, veros efformari adoratores: nam finis memorie Sanctorum tendit & ad excitandam imitationem, & ut merit is eorum (homo) confosciatur, & orationibus adjuvetur (d).

III. Sanctorum Reliquiæ, nisi decenti in theca saltem ex ligno deaurato repositæ sint, publice nullatenus expellantur: in cellula Sacrorum Oleorum minime custodiantur (e):
sed

- (a) S.Hierony.lib.contra Vigilan.
- (b) S.Bernard.de verb.Apocal.signum magnum.
- (c) Trid.Sess.25. de invocat. & venerat.Sac.Img.
- (d) S.August.lib.20.contra Faust.cap.31.
- (e) Sac.Cong.Episc. & Regul. in Argent.13. Martii 1593.Sacr.Rit. Cong.in Anconitan.22.Febr.1563.

DECIMAS YNODUS

sed in armario prope Venerabilis Sacramenti altare ita diffito, ut lampas in honorem Domini ardens converti nequeat in honorificentiam Servorum ejus: quod interius opere sericeo rubri coloris circundatum, exterius auro, vel decentibus linitum coloribus appareat cum epigraphe: *Reliquiae Sanctorum* (a): duabus saltē clavībus apud duos Ecclesiasticos probos retinendis communiatur, & peculiaris lampas saltē diebus festivis continenter e regione ardeat (b): diuque item, noctuque colluceat ante lipsanam, ubi integrum Sancti corpus, vel insignis nostro iudicio Reliquia publicæ pateat venerationi (c).

IV. Legitimis carentes documentis Reliquiæ extra armarium in vasculo mundo, & bene clauso conserventur. Parochis, Ecclesiarumque Rectoribus ordinaria authoritate, & Regularibus, aliisque exemptis vigore Delegationis Sedis Apostolicæ (d), mandamus ut syllabum sacrarum Reliquiarum, quæ suis detinentur in Ecclesiis, cum legitimis testimonialibus literis, in episcopali archivo custodiendum, intra sex menses ab hujus Synodi publicatione sub poenis nostro arbitrio Nobis exhibeant.

V. Quum ossa mortuorum nullum exigentia cultum sine Pontificum beneplacito extrahere domino etiam loci leges ventent seculi (e), quo magis Sanctorum Reliquias e sacris lipsanis, vel armariis, ubicunque legitime conserventur, auferre, ex iisque vel minimam quoque partem contrectare quovis praetextu, animo etiam in alia Ecclesia decentius collandi, absque praecedenti nostra licentia illicitum cuique erit ac vetitum? Hujusmodi propterea temeratores poena excommunicationis ipso facto incurriendæ, Nobisque reservatæ

(a) Conc. Provin. Mediol. 1. & IV. hoc tit.

(b) Syn. Benevent. XV. hoc tit. cap. 7.

(c) Cit. Conc. Provinc. Mediolan. sess. 1.

(d) Trid. sess. 25.

(e) I. ossa de religios. & sumt. funer. I. si in eo de mortuo infrend.

vatæ subjicimus (*a*) : eamque ad Reætores , & Ecclesiarum administros , qui tantam non impediverint audaciam , vel se- cundaverint , titulo etiam donationis interposito , adhuc extendimus .

VI. Ne sit abominatio in loco sancto , e Sanctorum imaginibus deformes brutorum figuræ omnino elimina- tas volumus , nisi quatenus probata Ecclesiæ disciplina , & veterustus sacræ historiae usus permittat : quemadmodum & effigies indecoras aspectu , sordidas , corrosas , aut viventium personam exprimentes (*b*) : prætereaque nudas , la- scivientem procacitatem artificum & licentiam spirantes ; si- ve fucatis ornamenti concinnatas , quæve historias apo- cryphas , vel sacræ repugnantes Scripturæ , & Ecclesiæ traditioni præferant : sub pœna excommunicationis in Re- ætores , utcunque nuncupentur , Ecclesiarum , etiam Regu- larium id permittentes ; atque interdicti Ecclesiæ (*c*) : ejus- modi profecto Imagines nihil prosunt , & male loquuntur .

VII. Publicæ venerationi Sanctorum Imagines & effi- gies , nisi a Nobis , vel a nostro Vicario Generali recognitæ , & saltem a Sacerdote de nostri commissione benedictæ prius fuerint , exponi , ~~vel facies in Altaribus~~ collocari vetamus : (*d*) sub pœnis arbitrariis .

VIII. Inter religiosos cultus quum principem obtineat lo- cum Festorum sanctificationis , ut pote quæ erga Creatorem , & pro nobis precantes Sanctos publicum venerationis argumen- tum exhibet ; idcirco operæ pretium est heic rectam illa ser- vandi methodum promulgare .

IX. Festorum dierum sanctificationem & divino (*e*) , & huma-

(a) S.Greg. lib.3. ep. 30. Innoc.III.cap.2. de reliq. & venerat. Sanct. Can.corpora Sanctorum de consecrat.dist.1.

(b) Conc.Bononiens.Card.Paleotti tit. de Imag.Sacr.

(c) Trid. fss. 25. decr. de invocat. venerat. & Reliq. Sanct. Urban.

VIII. in constit.51. quæ incipit Sacrosancta .

(d) Pontific.Roman.

(e) Exod.20.v.8.Deut.5.v.14.

DECIMAS Y N O D U S

humano iure ordinatam. (a) tunc canonice adimpletam censemus, quum non modo a servilibus cessatur operibus, verum etiam quum mala devitantur, & bona e contrario fiunt ac virtutes exercentur. Etenim non peccare, sanctificationis est: id est muneris Dei per Spiritum Sanctum (b). Quod Nobis porro traditum est, Creatorem omnium septima die requieuisse ab universo opere, quod patrarat (c), unde cultus descendit septimæ diei (d), ad primam in lege gratiae translatum (e); expectandæ ab hominibus requiei illius in Cœlis, de qua alibi dicitur, si introibunt in requiem meam (f), adumbrat figuram (g). Unde licet devotis semper operibus nos vacare oporteat quotidie, & sine intermissione; festivis tamen diebus a curis & negotiis seculi, in quibus terreni hominis portatur imago, nos feriari debemus, in divinarum laudum recitatione, & acceptorum contemplatione beneficiorum, per quæ nova in Christo creatura fit cœlestis, immortantes: ut discere valeamus exui, quæ sunt Adæ, indui novum hominem, & festinare ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum (h). Isto que spiritu festi dies ut interemerat custodiantur, præcipimus animarum Pastoribus, ut nedum colendas de præcepto festivitates, in quavis Dominica post habitum parochiam sermonem, annuncient populo sibi commisso, sed etiam normam illas sanctificandi, & severitatem divinae ultionis in profanatores prædicent.

X. Irreligiosam corruptelam, quam vulgus per Sanctorum solennitates agere consuevit, ut scilicet populi, qui debent

- (a) I. omnes C.de fer.cap.omnes eod.tit.
- (b) S.August.de Spiritu & lit.cap.16.
- (c) Genes.2.v.2.
- (d) Exod.loc.cit.v.11.
- (e) Act.20.v.7.1.ad Corinth.16.v.2.Apocalyp.1.v.10.S.Justin.Apolog.2.S.Leo Epist.2.ad Dioscor.
- (f) Pf.94.v.11.
- (g) Ad Hebr.4.v.1.ad 10.Catech.hom.p.3.cap.4.num.14.in fin.
- (h) Ad Hebr.loc.cit.v.11.

bent ad officia divina attendere, saltationibus, & turibus
invigilant canticis, non solum sibi nocentes, sed Greci giosorum
officiis perstrepen tes (a), abolere cupientes; obsecrandas
voluptates quascunque, scenas theatrales a secularibus etiam
legibus rigide vetitas (b), spectacula sacris non permissa
Conciliis detestantur, praesertim si prope Ecclesiam, vel
tempore Quadragesimæ exerceantur. Significamus autem
dilectissimis nostris subditis, Concilii Toletani III (c) decreto
graviter eos peccare definitum, qui festis diebus audita tan-
tummodo Missa, otio se dedentes, totum diem in aleis, &
chores in honestis, in ebrietatibus, & comestationibus, aliisque
peccatis, & vanitatibus transfigunt: ne propterea de ipsis
dicatur, tempus faciendi, Domine, dissipaverunt legem tuam,
(d) illos ex animo monemus, ut diebus omnibus Deo consecra-
tis, Deo ipsis, ac spiritualibus vacare studeant: Ecclesias
religiosius adeant: Sacramentis se mundent, & communioni,
concionibus, divinisque officiis interfint, & præcipue audiant
instructivam catechesim, quam in nostra Basilica post Vespe-
ras in singulis festivitatibus, a prima die, qua in hanc Diœ-
cesim ingressi sumus, Deo dante introduximus. Ceterum
fancitas in aliis hujus Ecclesie concientiobus contra festo-
rum profanatores penas spirituales, modum concedendi ad sa-
crorum Canonum (e) tramites gratis licentias, & catalogum
festorum dierum, confirmamus & servari mandamus.

XI. Demum ne forte licentia Ecclesiasticorum offendiculum fiat infirmis (f), eos omnes, quantum in Domino possumus, monemus, ut diebus festivis Sacerdotes Eccle-
siam frequentius adeant, Sacrum celebrent, oreant, a servi-
libus operibus domesticos omnimode avertant, Parochos in

C

docen-

- (a) Can. irreligiosa de consecr. dist. 3.
- (b) L.dies festos §.Dominicum C.de fer.
- (c) Can.23.
- (d) Psal.118.v.126.
- (e) Cap.conquestus ver.si necessitas urgeat,& C.dicit de feris.
- (f) 1.Ad Corinth.8.v.9.

28 DECIMA SYNODES

docendo Christianam Doctrinam adjuvent; nam cum Sacerdotio edocendi officium in populo suscepserunt (a). Diaconi vero, & Subdiaconi, ac reliqui de clero in minoribus, cum habitu decenti, hora recitandi Matutini in Choro Ecclesiam accedant, Missas celebrantibus inserviant, & singuli sui ordinis exercitum persolvant sub paenitentia nostro arbitrio reservatis; ut ita laicis praeluceant exemplo, nemini dantes ullam offensionem (b).

C A P U T . V.

De observatione jejuniorum.

I. **Q**ui cibo, & potu sunt onusti, horum mens oppressa est, ut neque Deum intueri, neque quid sibi velit oratio, cogiture possit (c). Sic ergo caro in terram vergens onus est animæ, & sarcina pragavans voluntatem (d). Porro a tam exitiali morbo jejunia liberant: nam omnes bona voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enuntiunt (e). Ne autem adeo salubri medela Nobis commissus populus careat, Parochis precipimus, ut jejunandi tempora nunciare præveniant, & per diversa loca Diœcesis vigiliarum tempus pridie post vespertinum salutationis Angelicæ signum, per campanæ pulsationem nunciandi consuetudinem laudando, omnes Parochialium Rectores Nobis subditos in Domino hortamur, ut descripto signo majoris campanæ jejunia indigent, Quadragesimæ vero, ut alias statutum, in media nocte, ultimum baccanalium diem terminante, simili modo prænuncietur.

II. Par

- (a) Can. ignorantia dist. 38.
- (b) 2. Ad Corint. 6. v. 3.
- (c) Catech. Rom. part. 2. cap. 8. num. 9.
- (d) S. August. Sermon. de utilit. Jejuni.
- (e) S. Leo de Jejun. decim. mens.

II. Par autem est, ut quibus diebus à carne ani malium abstinemus, ab omnibus quoque, que fermentinam carnis trahunt originem, jejunemus: a lacte videlicet, caseo, & ovis (a). Igitur hunc in nostra Dioecesi receptum morem non comedendi ova, & lacticinia jejuniorum temporibus commen-damus. Ceterum monemus, quod non satis virium & per se habet abstinentia ab escis, sed oportet & reliquam constitu-en-dæ vita disciplinam, in sermonibus, in genere conservandi, in familiari congressu habere; ita ut spiritualem mentis exer-citationem comiteatur (b). Hortari ob id animarum Rectores fatagant, ut Christiana familia, quæ se affigendo carnem ab aliementis abstinet, secundo iustitiam a culpa jejunet (c).

C A P U T . VI.

De maledicis.

I. **B**lasphemiae crimen, adeo atrox & immane ut in scri-
pturis sacris vel fileatur (d), aut vocabulis contra-
ria notantibus signetur (e), e nostra Dioecesi toto conatu pro-
fligare & penitus eliminare, quantum in Domino possumus,
oportet.

II. In blasphemantes sacrilegos propterea homines, qui
Deum, Dominum nostrum Jesum Christum, gloriosam Virginem Mariam, reliquosque Sanctos maledictis publice non
exhorrescant impetrere, pœnas spirituales in constitutionibus
Leonis X (f), Julii III (g), & Pii V (h) innovamus, in Deum,

C 2 vel

(a) Can. denique Sacerdotes §. par autem distinct. 4.

(b) S. Basili. in cap. 1. Mai.

(c) Orat. fer. 2. Dom. 2. Quadrag.

(d) Eccl. 23. v. 15.

(e) 3. Reg. 21. v. 12. Job. 1. v. 11.

(f) Conc. Lateran. sess. 9.

(g) In Bull. const. 7.

(h) Ibid. const. 33. incip. eum primum.

vel Dominum nostrum Jesum Christum , vel Beatam Virginem , vel Beatum Quiricum hujus Civitatis Patronum principalem , & in aliis respective locis Dioecesis præcipuum Sanctum Patronum blasphemantes .

III. Tametsi ad comprimendam tam execrabilem impietatem ; blasphemiae crimen in Deum , Jesum Christum , beatam Virginem ; & Sanctos in coelo regnantes prava consuetudine coram pluribus supra quatuor patratum Nobis reservavimus (a) ; tenore tamen praesentis decreti omnibus Confessariis per Nos approbatis , aut approbandis , facultatem ab eo absolvendi concedimus ita limitatam , ut nonnisi post longum emendatae consuetudinis experimentum , prudenti iudicio metiendum ; & gravi ac salutari imposita poenitentia , talibus blasphemis absolutionis beneficium indulgeant ; hisque conditionibus non adimpletis , absolvendi jurisdictionem minime concedere intendimus . Inter blasphemos insuper eos numerari quisque sciat , qui verba sacræ Scripturæ ad profana contorquent , illisque ad scurrilia , fabulosa , adulationes , detractiones , superstitiones impias , & diabolicas incantationes , divinationes , fortes , libellosque famosos abutuntur (b) .

IV. Omnibus vero & singulis , qui in charitate , & prudenter per fraternal correctionem admonuerint ipsos blasphemantes , annunciamus pro qualibet vice centum dierum consequi indulgentiam (c) .

V. Quum in nostro Grege , Divina opitulante gratia , nullam magicarum artium maculam (horridioris blasphemie genus) comperiri usquemodo ratisimus ; Paracletus faxit Spiritus ut sacro sui timoris dono usque ad consummationem seculi abs tali lue eum servet indemnum . Intereaque omnes admonemus , ut inelidibiliter cordi teneant , quod non est in alio aliquo salus : nec enim aliud nomen est sub coelo datum nisi boni .

(a) In fra tit.2.cap.5 num.ii.cap.1.

(b) Trid. s. f. 4. de edition. & usu sacror. libr.

(c) Pius IV. ann. 1564. in bulla incip. Universis.

hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri (a), nisi in nomine Domini nostri Jesu Christi pro nobis passi. Hinc omnes, & singulos veneficos, necromantes, divinatores, sortilegos, lamias, striges, quovis appellantur nomine, utriusque sexus, qui dæmoni thus, aliterque obsequium præstaverint, etiam præter errorem intellectus; vel quodvis artefactum ad insibi alligandum spiritum malignum composuerint, vel sanctissimo Altaris Sacramento, sanctis Oleis, aliave re consecrata in maleficiis utentur cum expressa dæmonis invocatione vel incantationibus, ligaturisque ad eaptandum amorem, secundum odium, infirmitates curandas, maggiis affectus liberandos; etiamsi per unicam vicem his præstigiis operam derident, ipso facto excommunicatos, Nobis reservata censura, declaramus (b). Astrologiæ itidem judicariæ, necromantiæ, & magiæ professores, & quomodounque illas, etiam per unicam vicem exercentes: itemque eos, qui verba sacra, auctoræ alias nullatenus ad curandum ordinatas, in usum medicinæ præbent, vel exhibent, si moniti non resipuerint, eidem Nobis reservatæ censuræ subjectos volumus.

VI. Admoneant propterea Parochi sibi commissos fidèles in secundo Decalogo præcepto blasphemandi genera vetari, minasque illas contineri: neque habebit insontem Dominus eum; qui assumserit nomen Domini Dei frustra (c). Et patribus præsertim familias, & famulos habentibus edifferant, quod error, cui non resistitur, probatur & veritas, cum minime defensatur, opprimitur (d): non enim est charitas, sed languor filio non dare disciplinam, servum malum non cedere, vicinum non corripere (e): & licet qua homines, sint miserandi, una tamen qua peccatores sunt corrigendi.

Præ-

(a) Acto.4.v.12.

(b) Conc.Cart.IV.cap.9.Con.Rom.1.sub Greg.II. & IV. sub Damaso cap.4.Innoc.VIII.conf.1.ancip.sumus.Sixtus V.conf.17.Cœli,& Terræ.

(c) Can.illud §.ad hoc genus 26.q.2.can.admoneant.26.q.7.

(d) Exod.20.v.7.

(e) Can.non putes 23.q.5.

22 DECIMA SYNO^DUS

Præterea edoccent fideles populos, ut noverint magicas artes & incantationes quibuslibet infirmitatibus hominum nihil remedii posse conferre (*a*). Hoc autem genus fornicationis Scriptura non reticuit, sed apertissime detestata est: atque ab ea sic præcautus voluit homines, ut propterea talia negarent esse servanda, quia falsa dicuntur ab ipsis etiam professoribus. *Et etiam si dixerint vobis (inquit) Et ita evenerit, ne credatis eis (b)*.

VII. Demum Parochi super illud vigorum hominum genus, quos Zingaros appellant, eorumque mores invigilent: & potissimum inquirant litteras testimoniales de suscep^to per eos Baptismo, deque matrimonio ad formam Concilii Tridentini contracto, quoties viri fæminas, istæque viros secum habeant commorantes: nec Sacraenta eis ministrentur, nisi prius interrogatis, quæ Christiano scitu necessaria sunt. Et ubi aliquem ex illis mori obtigerit, ecclesiastica denegetur sepultura, nisi constet sacro Baptismo expiatum fuisse, & annuae Communionis præcepto satisfecisse (*c*).

TI-

- (a) Cit.ca n.admoneant.
- (b) Cit.ca n.Illud.
- (c) Conc. Prov.S.Caroli tit.de Zingaris.

T I T U L U S II.

De Sacramentis.

C A P U T I.

De Sacramentorum administratione.

I. Inter externa divinitus præfinita signa Religionis, atque nutriendæ, ac profitendæ fidei adminicula, quibus humana infirmitas exemplo visibilium se ad invisibilia rapit, ut per hoc, quod scit nostrum diligere, dicitur. Et incognita amare (a); præeminent novæ legis Sacra menta, per quæ alitur fides, charitas augetur, spes firmatur, & omnis vera justitia vel incipit, vel cepta evagetur, vel amissa reparatur (b). Maximam proinde in Dei ministris, qui sunt dispensatores mysteriorum Dei, sanctitatem, & scientiam expostulant. Et licet Sacerdotum malitia Sacramenta non polluat (c); si tamen illa profundit per eos digne sumentibus, obsunt sane ipsis indigne tractantibus (d). Et ne per ignorantiam in ipsis etiam divinis Sacramentis quid offendatur (e), innocentie vitæ sufficientem adjungant doctrinam: nam ubi non est scientia anima, non est bonus (f).

II. Propterea Parochis, ceterisque moderatoribus animarum præcipimus, ut sancta sancte & religiose trahent, atque margaritas ante porcos non mittant, sequemur monitum

(a) S.Greg.PP.homil.1.in Matth.

(b) Trid.fest.7.in proem.

(c) Can.Dominus declaravit 1.q.1.

(d) S.Aug.lib.2.contr.epist.Parmenian.

(e) Can.quando presbyteri dist.28.

(f) Prov.19.v.2.

rum innocentia , & literarum splendore illustrent : divina peracturi mysteria Domino se conforment (*a*) , conscientiam expurgerent (*b*) , & insuper non modo calleant ritus (*c*) ecclesiasticos potissimum ex Rituali Romano jussu Pauli V. edito ; verum etiam quae ad Sacraenta legitime ac valide ministranda scitu necessaria sunt , illorum excellentiam , salutares effectus , debitum usum , & mysticas cæremoniarum significationes ; ut eadem populis præcipue ad sacra coadunatis pro suscipientium captu explicent , suadendo ut ad suscipienda Sacraenta majori cum reverentia , atque animi devotione accedant (*d*) .

III. Ne reos animarum apud Deum se reddant earundem Pastores , striete mandamus , ut diu noctuque in cujusque propria Ecclesia parochiali , & respective domo commorenentur infirmos parochianos visitent , Sacraenta indigentibus praestato sint , & proprium ministerium alacriter expleant . Si vero ob negligentiam ipsorum quis sine Sacraenta decedat , suspensione a divinis punientur (*e*) ; atque in eadem socordia si perseveraverint , pœnam carceris formalis aliasque Nostro arbitrio in eos sancimus . Et ubi culpa graviori , & recusatione laboris id evenerit , severius animadvertemus .

IV. Sciant demum Ecclesiæ ministri , quæ gratis acceperunt , gratis dare ; & detestabilis avaritiae abominatione in dispensandis mysteriis nequidem nominetur in ipsis . Ne quid autem pro Sacraentorum administratione quasi debitum expetere audeant : quin voluntarie etiam oblata in Sacramento Pœnitentiae (*f*) acceptare prohibemus , sub pœna suspensionis , aliisque rigidioribus Nostro arbitrio in casu contumaciae (*g*) .

CA.

(a) S.Thora.in 3.part.quest.64.art.6.

(b) Can.necessit,can.Propheta.can.per Isaiam.qu.1.Catech.Rom.& Rit.Rom.hoc tit.

(d) Can.ipsi Sacerdotes,can.neque,can.per Isaiam 1.q.1.

(e) Trid.fff.24.de reform.cap.7.

(f) Can. quicunque de consecrat.dist.4.

(g) Infra hoc tit.cap.5.n.7.

(h) Can.quidquid 1.q.1.

C A P U T II.

De Baptismatis Sacramento.

I. **B**aptisma fidei Sacramentum (*a*) longe ante gratiæ legem vel adumbratum (*b*), vel prænunciacum (*c*), ab Unigenito Dei Filio institutum (*d*), & post gloriofam Resurrectionem suam promulgatum (*e*), quo salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti (*f*); quum necessitatē contineat salutis, sitque omnium janua Sacramentorum, nostram idcirco pastoralem excitat solitudinem, ut que ad tam necessarii Sacramenti dispensationem faciunt, demonstremus.

II. Parochis, aliisque Ministris itaque præcipitatis ut dura parvulos, vel adultos ex aqua et Spiritu Sancto regenerandos rite abluant, aptamque materiam adhibent, integra formæ sacramentalis verba pronuncient, eodemque tempore serio intendant Sacramentum confidere, ac labem originalem detergere: ~~summae conscientie voluntati~~ S. Matris Ecclesiae, & Domini Servatoris conformiter, & nullatenus opinib⁹ Authorum a Sede Apostolica profugatis quod ad Ministri intentionem utantur.

III. In necessitate sanctum Baptisma ministrare quoniam & laicis fidelibus permittetur, ne quispiam sine remedio salvatori de seculo evocetur (*b*), Parochi non omittant plebem

D in-

(a) S. Ambros. de Spiritu Sancto cap. 3. S. Aug. epist. 23. ad Bonif. comit.

* (b) Gen. v. 22. 1. Petr. 3. v. 21. Exod. 13. v. 21. cap. 14. v. 22. 1. ad Corinthios. v. 1. 2. & 6.

(c) Ezech. 36. v. 25. & 26. Zachar. 13. v. 1. Mich. 7. v. 19.

(d) Matth. 3. v. 13. & seqq. Ioan. 3. v. 5.

(e) Matth. ult. v. 19.

(f) Ad Tit. 3. v. 5.

(g) Alex. VIII. 7. Decemb. 690. prop. 28.

(h) Can. in necessitate, can. conflat de confesr. dih. 4.

instruere de iis, quæ materiam, formam, atque intentionem baptizantis spectant; deque prærogativa gradus & sexus servanda in delectu baptizantis, quatenus viri foeminis, & personæ digniores in hoc sacro munere obediendo præferantur: nisi obstetrics sufficienter instructæ præsto sint, quas aliis fere anteponendas ceasemus, & præcipimus (a), propter quod istæ inter profanos Baptismi administratos (b) peritiiores inveniuntur.

IV. Sint proinde obstetrics honestate vitæ plerunque commendabiles, easque in Domino enixe hortamus, ut obtinere curent a proprio Parocho testimonium in scriptis (c) gratia omnino dandum quo palam fiat easdem examine adprobatas esse idoneas administrando baptismi in casu necessitatis. Parochi vero præcipue illas admoneant, ne vanis observationibus, novisque ritibus utantur (d): nec seclusa necessitate unquam baptizare præsumant.

V. Execrabilem eorum ambitionem, qui honoratiores Ecclesiis existimant profanas domus, rotundere volentes, nudi de personis in corpore juris exceptis agatur, nullatenus domini dispensari solenne Baptisma voluntus. Et ubi talis neficitor emerferit, proprie quoniam regales ad Ecclesiam absque periculo accessus haberi (e), eo tunc ritu, quo in necessitate permittitur, hoc Sacramentum conferatur cum obligacione supplendi cæremonias solennes tempore opportuno. Qui autem Ecclesiasticorum secus præsumferit, aut suam in hoc presentiam exhibuerit, censuris punietur.

VI. A Baptismo, atque gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per Nos debere prohiberi (f) sacris canonibus constitutum. Infantes ideo, quibus periculum mortis magis imminet (g), quam citius

(a) Syr. Præfess. sub Card. Epist. Rodo ann. 1729. fess. 2. tit. 2. cap. 4.

(b) Catech. Rom. p. 2. cap. 2. num. 24.

(c) Rit. Rom. hoc tit. §. opportune.

(d) Clem. unica de Baptismo, & ejus effectu.

(e) Conc. Carthag. relat. a S. Cypriano in epist. 9. ad Fidum.

(f) Can. baptizandi dist. 5.

baptizari precipimus, nec ultra triduum validioribus etiam parvulis differatur. Qui vero ultra octavum diem Baptisma proraxerint absque ulla prorsus causa, parentes a Parocho admonitos excommunicationi latæ sententiae subjiciantur. Ubi tamen istæc monitio defecerit, in Parochum pro meda negligentia & culpæ poenis nostro arbitrio animadvertemus, obrogatis haec Synodali decreto dilationibus alias concessis non alia de causa, quam adnectendi solennitatem cérémoniarum cum sacramentali ablutione: nam infantes a primo statim nativitatis sue ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt, quam deprecantur (a).

VII. Ad infantium cædes evitandas, quæ Praedeceſſorum nostrorum, nostrumque animum maxime perculerunt; Parochi hortari non desinant parentes, ac nutrices, ut parvulos secundum nativitatis annum minime attingentes, secum in uno letto nullatenus collocent, ne negligentia qualibet provenientia, opprimant (b): atque in eas excommunicationis censuram commimentur. Quæ vero aliter egerint, eas Confessarii neutiquam absolvant, quin & potestatem absolvendi non habeant nisi faſe prius infantis separatione; vel ubi mors parvuli acciderit, nisi ad jaris formam (c) perfecta prius gravi pœnitentia. Alias absolutionem suam invalidam esse ſciant.

VIII. Plures quam unus, & una ad levandum de Baptismo infantem non accedant (d), neque ullatenus admittantur (e). Prætereaque ab hoc patrini munere arceantur Clerici, & Regulares omnes (f): itemque impuberes (g), hospites ignoti, & rudimenta fidei ignorantes (h): ac tan-

D 2 deo

(a) S.Cyprian. in d.epif.g. ad Eridum.

(b) Can. consyluisti 2. q.5.

(c) Cap.de infantibus de iis, qui filios occid.

(d) Can. non plures de confecr. dist.4.

(e) Can. quod autem uxor 30. q.4 Trid. sess.24. cap.2.

(f) Can. non liceat, & can. Monachi dist.4. de confecr.

(g) Can. ita diligere 30. q.3.

(h) Can. vos ante omnia de consecrat.dist.4.

dem publice innodati censura excommunicationis, vel interdicti. Singulos vero baptizatos Parochi, & Parochiarum Rectores, sub poenitentia nostro arbitrio describere, juxta formulam Ritualis Romani in libro bene compacto, minime negligant. Quod & in Confirmationis Sacramento servatum volumus.

IX. Animatum Rectores, cum in doctrina Ecclesiae suum erudiunt populum, hujus Sacramenti necessitatem edifferant, sine quo nemo potest introire in Regnum Dei. Preditorium idcirco, infandumque scelus abortus procurantes poenitentia diuinæ, & humanæ justitiae exterreant. Denique patrinos commoneant & hortentur, ut datam Ecclesiae sponsonem pro viribus impleant, suscepstanque baptizatorum fidejussionem apud Deum (a) de servandis mandatis, renunciatisque diaboli operibus, ac pompis; quatenus verbo & exemplo quos de sacra fonte susceperint, per viam mandatorum Dei conducere satagant.

C A P U T III.

De Sacramento Confirmationis.

I. **Q**uemadmodum post aquas diluvii, quibus iniquitas antiqua purgata est, post Baptismum ut ita dixerim Mundi, pacem cœlestis iridis prece columba in terris annuntiavit, & emersa est arca cum olea reversa; eadem dispositione spiritualis affectus terra, id est carni nostræ emergenti de lavacro post vetera delicta, Columba Spiritus Sancti advolante, pacem Dei fert emissa de cœlis (b). Hujus profectio pacis fructum Paraclitus Spiritus una cum plenitudine donorum sapientiae, & intellectus; consilii, & fortitudinis; scientiae, & pietatis, & pro corona timoris Domini; annunciat hominibus per aquam ablutis, eamque largitur.

(a) Cui vos ante omnia.

(b) Tert. de bapt. cap. 7.

gitur in signo , & fructu oleo , per mysterium & unctionem Chrismatis (a) .

II. Cum perfecta Confirmandorum aetas hujus Ecclesie legibus in septennio sit constituta , Nos eam non modo approbamus , verum etiam septimum completum , octavumque incipitum annum requiri declaramus (b) , ut hujuscce sacramentalis Unctionis semel accepte singuli recordentur , & periculum reiterationis consulto evadere valeant . Monemus propterea Parochos , ut singulis annis aestate cum baptizatorum libris comprobata , in codice status animarum pueros , puellasque Confirmationis capaces adnotent , ut non modo quos confirmare tenemur , agnoscamus ; sed etiam quos ad duodecimum annum perventos (c) , vel ob deficientem Doctrinæ Christianæ scientiam (d) , vel negligentiam , aliquamve causam invenerimus hoc Sacramento haud limitos , ad ilud suscipiendum hortemur , & compellamus .

III. Alienæ Dicecisis subditos , qui firmum in nostra Dicecisi domicilium non habuerint , Chrismate inungere non intendimus (e) . Proinde Parochi dum Confirmandorum catalogum excibunt , sub preciosis nostro arbitrio reservatis advenas in eo non recenseant .

IV. Patrini nonnisi unius ejusdemque sexus , aetate vero superiores ad confirmandorum susceptionem , canonicamque fideiussionem admittantur ad normam sacrorum canonum , qui regulam adoptionis ad id sequuntur (f) . Cetera requisita , quæ in Baptismo definita (g) sunt , habeant : vestemque nec fordidam deforant , quæ suscipientibus quoque prohibita est .

(a) Lib. de Eccles. Hierarch. cap.4.

(b) Instruct. S. Caroli de Sacram. Confirm.

(c) Catech. Rom. hic n. 18.

(d) Conc. Senonensis. anq. 1584. & Conc. Remensis. cit. a S. Carolo in Instr. de hoc Sacram.

(e) Conc. IV. Prov. Mediolan. sub S. Carolo.

(f) Can. ita diligere , can. post suscepitum , can. per adoptionem 30. p.3. Instruct. S. Caroli de Patrini confirm. §. erit Patrius .

(g) Hic supr. cap.2. n.8.

30 D E C I M A S Y N O D U S

est (a); nec vanitatum luxu affueptem, quam foeminiis præcipue vetamus (b).

V. Sæpe tandem Parochi, præsertim vero cum tempus appropinquaverit conferendi hoc Sacramentum, parochiæ spes super necessitate suscipienda Confirmationis instruant: nunque perfectus Christianus nequam esse potest, qui *injuria*, & *voluntate*, non autem necessitate compulsa hoc Sacramentum pretermiserit (c). Parentes itidem, ceterique puerorum educatores, & curara habentes admonent, ut filios, libique subjectos ad cathechesim mittant. Confirmatos vero doceant accepta Spiritus Sancti dona, atque ad ea confovenda religiosis operibus, & virtutibus excitant, ut leonibus terribiliores effecti diabolo valeant resistere: nam si regeneratio per se salvat in pace Baptizam recipientes; Confirmation armat atque instruit ad agones (d).

C A P U T IV.

De Eucbaristia Sacramento, & Missæ Sacrificio:

Aterni Patris dilectione Divinus Unigenitus humano generi datus, sua ut Passione illud a perditionis via liberaret, instante jam tempore mortis suæ, qua perficeret Redemtionis mysterium, pacis & charitatis Sacramentum instituit (e), in quo divinitas divini sui erga nos amoris effudit (f), ut esset quoque sacrificium, quo coleretur jugiter (g) per mysterium Victimæ, quæ semel cruenta in ara Crucis oblata est in premium salutis nostræ, atque perennis illa victimæ.

- (a) Instruct. S. Caroli §.item foemine.
- (b) d. Instruct. S. Car. §.item foemine.
- (c) S. Clem. PP. epist. 4. ad Julian. & Jul. Episc.
- (d) Can. Spiritus Sanctus de consecr. dist. 5.
- (e) Trid. sess. 13. cap. 2.
- (f) Can. quia de consecr. dist. 2.
- (g) Joh. 13. v. 1.

viceret in memoria fidelium, & semper praesens esset in gratia (a). Inter eos nihilominus sunt multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi (b) & quoniam res omni sanctitatis plenae, immo sanctitatis Authorem continentur, neque sancte, neque religiose traetantur. Ut autem Panis Angelorum, & Altaris Sacrificio, qui par est, prebeatur honor, ex eoque uberes percipientur gratiae, haec subditis nostris præcipimus.

II. Parochis primum injungimus, ut commissario populo doctrinam Sacramenti Eucharistie, & Sacrificii Missæ, ut in Pii IV. constitutione disponitur (c), sc̄pe tradant divitiā huius cibi frequentiam, & augustinissimō novae legis Sacrificio devotam, præsertim Dominicis, & de præcepto fessis diebus assistentiam inculcare satagent. Nostro autem Clero districte mandamus, ut Diaconi, & Subdiaconi quindenniis diebus; Clerici in minoribus, atque admissi ad deferendum habitum clericalem, semel sacerdoti in mense; ultra solentiores annis festivitates (d), intra Missarum secessia Christi Corporē saturantur; aliter isti expungentur ex albo Clericorum, illosque ministris promovere in ad uteriores ordines, aliisque ad nostrum arbitrium pœnis afficiemus. In Missa autem feria v. in Cœna Domini ecclesiastici omnes etiam Sacerdotes, superpelliceo induit, exhibitaque stola in memoriam institutionis huiusc Sacramenti de manu celebrantis Corpus Dominicum accipere non omittant (e).

III. Ut Communionis annuae præcepto (f) consulatur anteactas hujus Diœcesis constitutiones confirmamus, serioque præcipimus, ut omnibus & singulis, qui ad illud observandum obstringuntur, a Dominica Palmariū usque ad eam dies compunctionis, abstinere debent ab omni carnalitate, &

(a) dicitur quia hoc est datus, ut in memoriā fidelium vivat.

(b) 1. ad Corinth. 11. v. 30.

(c) Pii IV. constit. incip. Injunctum in Bull. const. 89.

(d) Trid. fess. 23. cap. 11. & 13.

(e) Sacr. Rit. Cong. 27. Sept. 1608.

(f) Cap. omnis utriusq. sexus de Pœnit.

52 DECIMA SYNODUS

Dominicam in Albis inclusive, per commendabilem in Sacris constitutum clericum, qui sicut a latere presbyteri Eucharistiam dispensantibus, concedantur schedulas peractam communionem testificantes, statim ac singulos ipse viderit sacram accepisse Communionem. Post inde Dominicam in Albis quilibet Parochus ab omnibus, sine ullius exceptione, parochianis suis easdem schedulas exigat. Si autem quis parochianorum schedulam sibi retinete voluerit, in ea Parochus nomen exhibentis sua conscribat manu, eamque visitatam fuisse adnotet ibidem. Quos autem invenerit annua Communioni non satisficerse, confessum ad Nos deferat. Aliorum omnium nomina, qui eam adimpleveriat, in libello status animarum adscribat. Animarum Rectores omnibus & singulis his decretis non obtemperantes poene carceris formalis, & aliis nostro arbitrio subjiciemus. Quibus etiam sub poenis Archipresbyteri omnes schedulas typis impressas quotannis numerum communicantium exsuperantes comparent, easdemque caute custodiant, & quae remanserint, comburent, vel lacerent. Tandem sub iisdem poenis Parochi infirmis lecto decubentibus, & iis, qui vinculis sunt mancipati intra districtum suum, opportune premonitis, & probatis per Sacramentum Poenitentiae, in Dominica in Albis Eucharistiam publice deferant; nam isti a satisfactione precepti annua Communionis non excusantur (a). Qui vero, temere impediverint, quominus Parochi ad carceribus detentos Paschali tempore sacram deferant Eucharistiam, (sicut in Diocesi dolentes perspeximus obtigisse) excommunicationi latæ sententiae Nobis reservatae ipso facto obnoxios volumus.

IV. Quærit Dominus, ubi doctor parvolorum sit (b)? Parochos proinde monemus, ut pueros, puellasque instruant in his, quæ scitu necessaria sunt ad sacram Eucharistiam digne accipiendam: utque in hebdomada majori ante feriam v.

ido-

(a) Rit. Rom. de Comm. Pasch. §. regrotis. Instruct. S. Caroli de Visce. Infirm. &c de Praefect. Spirit. carcer.

(b) Isai. 33. v. 18.

idonei fuerint reperti , sint sicut novellæ olivarum in circuitu Mensæ Domini (a) . Pœnis autem nostro arbitrio prohibemus , ne sine proprii Parochi licentia , prima vice pueris , puellisve sacram hostiam dispensaret (b) .

V. Quum dolentes audiverimus ob non solutas decimas repellи fideles ad Angelorum Mensam accedentes id jure merito execratur : etenim satis desuper cautum videtur , demandando , ut Confessarii pœnitentes admoneant super obligatione solvendi Parochiales decimas . Parochi vero die vigesima nona Septembbris quotannis renuentium nomina deferrant ad nostram Curiam , ut per quos decet , valeant arctari ; propterea quod municipalibus hujus Regni legibus (c) promta decimarum satisfactio præscribitur . Caveant proinde in posterum Parochi aliquem sui ovilis a locis pascuæ Domini ob istiusmodi causam abigere , ne severioris nostri arbitrii pœnas sentiant .

VI. In solenni festo Corporis Christi , quæ salubriter a Prædecessoribus nostris statuta jam sunt , observentur . Prætereaque volumus quatuor saltem cum suis hastis lucernas , aliis quotidiane ornationes comparari , easque semper cum accensis intus candelis , hinc & hinc circa celebrantem , qui Sacramentum gestet , in posterum deferri . In delatione vero Eucharistie ad infirmos , Ritualis Romani adamussem Rubricæ serventur (d) . Ubi non adsit parvum baldachinum , gestatu facile , in quo corporale , candelabra , & candelæ insimul serventur , comparetur . Pariterque alias præscripta bursa albi coloris affabre auro contexta , vel saltem sericea cum cordulis olofericis , ut ad collum Sacerdotis appensa , & in ea apte inclusa pixide , cum sacris Hostiis nocturno , vel hyemali tempore , vel extra mœnia in ferendo Viatico deferiat , infra quadrimestre ab hujus Synodi promulgatione , sub

E pœ-

(a) Pl. 127. v. 3.

(b) S.Carl. Instruc. de Euch. tit. qui ad Sacram. §. nec vero.

(c) Prag.2. felicis memorie de Clericis , & Diaconis servaticis .

(d) Hoc tit.

34 DECIMASYNODUS

poenis nostro arbitrio . Sacrum Viaticum sumatur a Parochiali Ecclesia , ubi Eucharistia servatur , secus vero ab aliis Ecclesiis , vel Capellis , inibi ad hunc effectum Missam celebrando. Fœminæ autem hanc Sacramenti delationem comitantes nihil aliud gestent ex factis præferti utensilibus , præter candelas accensas sub poena excommunicationis tam in tradentes , quam gestantes infligendæ (a) .

VII. Ut in Eucharistie delatione ad infirmos debitus devotionis ardor effulgeat , prævias hujus Dioecesis constitutiones renovando , admissis ad clericalem deferendum habitum , Clericis in minoribus , Subdiaconis , & Diaconis præcipimus ; Sacerdotes autem hortamur , ut decenti clericali habitu augustissimum comitentur Sacramentum . Parochis præterea tam urbanis , quam dioecesanis injungimus , ut tertio quoque mense intervementum , & absentium attestationes Nobis remittant , ut huic ministerio frequentiores facilius ad ulteriores ordines , & respective Ecclesiæ gradus promoveamus (b) . Studeant insuper animarum Rectores , ut in sua cujusque Parochia Confraternitas Sanctissimi Sacramenti erigatur , cuius sodales huic muneri vacent . Et in reditu ad Ecclesiam cum SS. Sacramento e domibus infirmorum ante benedictionem Parochi indulgentias , quas luctantur pie comitantes Eucharistiam , promulgare non omittant sub poena suspensionis (c) .

VIII. Dum in gratiæ throno sacra Hostia publice exponitur , præteritas hujus Ecclesiæ leges servari sub iisdem inibi sancitis poenis mandamus . In feria autem V. Majoris Hebdomadæ , nisi in Ecclesiis , ubi permisum est continenter assevari Eucharisticum Panem , altare ad ibi reponendum Sanctissimum Sacramentum (sepulcrum nuncupatum) ornetur (a): in

(a) Can.pervenit de consecr.dist.2.

(b) Conc. Prov. Mediol.sub S.Carol.part.2.de his , quæ pertinent ad Sacr.Euch.Conc.Prov.Neap.sub Emin.Achiep.Cantelmo anno 1699.hoc cap.n.10.

(c) Syn.Neap.Dioec.ann.1726.hoc cap.n.14.

(a) : in eo duntaxat sacra Hostia in calice recondatur : pixides vero cum particulis extra pastophorium alio in loco in peculiari Tabernaculo clauso decenter cum lampade accensa usque ad celebratam Missam Sabathi Sancti conserventur (b). Quaecunque alia modeste Domini Passionem minime representantia eliminentur , alias Ecclesiam , etiam Regularium tanquam Sedis Apostolicæ Delegati interdicto subjicimus (c). Clavis monumenti penes Parochum detineatur , in qua custodienda delinquentes juxta canones puniantur (d). Demum ut irreverenter & scandalis occurratur , post dimidiam noctis horam sub pœnis nostro arbitrio januæ Ecclesiarum etiam exemptatum omnino claudantur , neque ad eas ullus præsertim foeminis aditus pateat (e). In Ecclesiis vero Monialium hora vigesima quarta diei ostium omnino sit occlusum (f).

IX. Memores sint Sacerdotes , quod ipsis sacram mysterium peragentibus , in altari cœlum aperitur , summa simul , & ima concurrunt , Prebentes Angelicæ trementes assunt , inter offerentium manus virtus divina descendit , donum Sancti Spiritus infuit , Pontifex ille , quem adorant Angeli , & sibi corporis & sanguinis Hostia non recedit (g). Ob idque primum sacro Poenitentiæ lavacro se mundent (h) , si conscientiam male facti habeant : sanctisque meditationibus vacando ante fatigant sese adeo digros reddere , ut Rex Angelorum rectum eorum ingressurus delicias habeat cum filiis hominum : postque sacram , ut par est , gratiarum actionem.

E per sol-

(a) Sacr.Rit.Cong.28.Jun.1653,&c in Neapolitana 8.Junii 1661.

(b) Merati annot.ad Gavant part.4.tit.8.ad n.9.versl. dum dicuntur, & tit.10.ad n.63.versl.Poet Missam.

(c) Sacr.Rit.Cong.in Curien.15.Decemb.1632.in Hispanen.28.Martii 1637.in Calagurit.13.Sept.1642.

(d) Can.statutius de custod.Euch.&c.

(e) Sacr.Rit.Cong.in Placentin.30.Januar.1650.in Calagurit.13.Sept.

(f) Litt.Sac.Cong.Ep.& Reg.de ord.Sancti.Pontifex Archiep.Neap.22. Jan.1677.24 Sept.1663.28.Jan.1713.

(g) Petr.Damian.opus.8.in Cler.

(h) Trid.les.13.cap.7.

persolvant. Qui vero tremendum sacrificium indevote & tumultuose celebrare non dubitayerint, eos in virtute sanctæ obedientiæ Rectores Ecclesiarum ad Nos deferant quam cito. Si vero talis farinæ Sacerdotum notitia aliunde ad nos pervenerit, tacentes Rectores meritas arbitrii nostri poenas subibunt (*a*).

X. Ad aures nostras pervenit hac in Givitate, & Diœcesi ministrorum copia Sacerdotes tum maxime indigere, quum celebraturi sunt. Idcirco mandamus ut Clerici omnes, Subdiaconi etiam, & Diaconi Ecclesiis, quibus adscripti sunt, inserviant, per hebdomadas distribuendi. Et volumus ut Archidiaconus in Cathedrali Basilica, & quilibet Archipresbyterorum in sua Matrici Ecclesia Clericos designet singulis hebdomadis ministraturos: & quovis semestre ad nostram Curiam non inservientium nomina mittant, ut in Subdiaconos, & Diaconos poenis nostro arbitrio, in reliquos vero per clericalis habitus expoliationem, atque e Clericorum albo expunctionem animadvertere valeamus (*b*). Sacerdotibus demum e sacrificia absque inserviente ministro ad sacrificandum egredientibus suspensionem a divinis ipso facta incurrendam indicimus.

XI. Missam celebrare interdicimus exteris, absque sui Ordinarii literis dimissorialibus (*c*) per Nos approbandis; iisque insuper, qui fuerint criminibus obnoxii eorum inquisitione pendente (*d*): in Ecclesiis, sive Capellis etiam ruralibus, illisque diebus, qui maximæ festivitatis judicantur (*e*), sub poenis nostro arbitrio tam in celebrantes, quam in ecclesiasticos Rectores, & Sacristas Ecclesiarum, etiam exemptarum, autho.

(*a*) Syn. Mediolan. loc. cit.

(*b*) Trid. sess. 23. de ref. cap. 16.

(*c*) Trid. sess. 22. decr. de observ. & evitand. in celebrat. Miss. can. extra-neo, can. hortamur. can. nullæ dist. 71. cap. tunc fraternitati de Cleric. Peregr. S. Cong. Conc. 24. Decemb. 1670. lit. encycl. S. Congr. Episc., & Regul. 12. Oct. 1709.

(*d*) Can. nullus, can. præter hoc. can. erubescant dist. 32. Trid. loco cit.

(*e*) Can. si quis etiam de consecr. dist. 1.

thoritate per sanctam Sedem delegata (a).

XII. Solennitas nostræ Consecrationis, quæ in vigesimam primam Junii diem incidit, si in Dominica occurrat, particularis duntaxat oratio in Missa de Dominica adjungatur. Si vero dies feriata fuerit, in nostra Cathedrali celebretur propria Missa solennis, reliqui vero Sacerdotes per totam nostram Diœcesim commemorationem prædictam in sacrificiis peragant, (b) ut Deus, qui me licet immerentem hujus Ecclesiæ Pastorem esse voluit, una cum commissio grege salvet semper & muniat.

XIII. Cum in sanetis Visitationibus sacram supelleciliem dolentes vel laceram, vel immundam perspexerimus, hujus Ecclesiæ constitutiones renovando præcipimus, ut singulis annis in festo sanctorum Innocentium efformetur inventarium sacrae supellectilis, & conservetur in Ecclesiæ archivo, sub poena ducatorum decem ab illis Ecclesiasticis, qui ad id tenentur, pendenda, & pro eodem effeetu Sacristia applicanda. Byssina vero paramenta sepius purgentur, singulis scilicet in hebdomadis purificatoria, bis in mense amictus, quorum proinde duo pro quavis alba retineantur; semel in mense mappæ altarium; quovis in bimestre albæ cum cingulis; singulis quadrimestribus corporalia, & pallæ, ubi eadem semper supellex singulis diebus adhibeatur. Qui vero sic nitida paramenta servare non curaverint, ad desidias mensuram in eos animadvertemus: nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere, quæ dedecent etiam in profanis.

XIV. Intelleximus, idque non semel cum maximo animi nostri mærore, Sacerdotes fere omnes vix elapsa hora diei tertii, in diebus etiam festiis de præcepto Missarum celebrationem persolvisse: datoque ante tempus plerunque signo meridianæ salutationis Angelicæ, Ecclesiarum ostia occludi; non recogitantes, quod non sibi uni tantum, sed multis populis.

(a) Trid. d. sef. 22. loc. cit.

(b) Cerem. Episc. lib. 2. cap. 35. n. 1. & 2.

pulis vietis Clericus (a). Hoc igitur opus officii ut impleatur, Ecclesiarum Rectoribus ecclesiasticis sub pœnæ nostro arbitrio injungimus, ut diebus Dominicis, & festis de præcepto unam saltem Missam per Sacerdotes, qui de Ecclesiæ fructibus participant, per turnum propè meridiem præmissò campanæ signo celebrari curent: utque istæ ordinatio nostra plenam sortiatur observantiam, contravenientium nomina ad Nos deserant. Sacrificæ vero, ac Rectores prædicti ecclesiastici sub pœna privationis officii ante meridiem signum salutationis Angelicæ non pulsent.

XV. Præterea mandamus, ut iidem Ecclesiarum Rectores per sepe legant decreta sacrae Congregationis Concilii, Apostolica autoritate firmata (b), & ab Innocentio VII edita (c) de Missarum celebratione: nec non instructionem super satisfactione Missarum a Prædecessoribus nostris traditam perpendant, eamque adamussim servari volumus sub pœna suspensionis ferendæ sententie.

C A P U T . V.

De Sacramento Pœnitentiae, & casibus reservatis.

I. **M**ultiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per Baptismi gratiam, sed etiam per Pœnitentie medicinam spes vitæ reparetur æternæ, ut qui regenerationis dona violassent, proprio se iudicio condemnantes ad remissionem criminum pervenirent: sic divinae bonitatis præsihiis ordinatis, ut indulgentia Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum, nequeat obtineri (d): qui quum Terram incolunt, atque in ea verstantur; his com-

mis-

- (a) Cap.reliqui de custod.Euchar.
- (b) S.Joan.Chrys.lib.3.de Sacerd.cap.9.
- (c) In Collen.18.Sept.1683.reg.lib.23.sol.1311.
- (d) In const.incipiente Nuper 23. Decemb:1697.

mīssum est, ut ea, que in cœlis sunt, dispensent (a). Ideo pastoralis nostra solicitude ea, quæ ad hujus Sacramenti re-stant administrationem faciunt, omitti silentio non patitur.

II. Moderatores itaque animarum, quantum in Domino possumus, monesmus, ut dotes huic tremendo ministerio necessarias sibi metipsis omni studio comparent. Siat proinde in primis pietate praediti, cum per Dei ferventem cultum, frequentemque rerum divinarum meditationem, tum per imitationem misericordie Dei, ut per pietatis viscera in se infirmitates caterorum transferant (b). II. moribus irreprehensibiles; illa nanque vox liberius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat (c). III. necessaria scientia præstantes: judicaria enim potestas hoc expositulat, ut quod debent judicare, discernant (d): nil profecto juvat hoc in officio crimen non commissum, & munere scientiae carere. IV. Prudentia ornati, quatenus Pœnitentem explorare valeant, & disponere ad operas satisfactorias, sitque perscrutari conscientiam peccatoris, quasi medicus vulnus, & judex causam (e): ut salutis animarum solliciti, minime hominibus placentes, sed eorum ~~tētēnam~~ futuram procurantes: etenim aperiendum vulnus est, & secundum, & putridinibus amputatis medela fortiore curandum: vociferetur, & clamet, licet & conqueratur æger impatiens per dolorem: gratias aget postmodum, cum senserit sanitatem (f). VI. Eorum, quæ in Confessione audierint, fideles custodes, ut intercessores apud Deum magis sint, quam accusatores apud homines (g).

III. Præcipimus idcirco & ordinamus, ut omnes jurisdictionem audiendi confessiones a Nobis adepti Theologas

Mora-

(a) S.Leo PP.epist.82.ad Theodor.Forojul.Episc.

(b) S.Joan.Chrysoft.lib.4.de Sacerd.cap.4.

(c) S.Greg.in Pastores p.2.cap.5.

(d) Can.qui vult de Pœnit.dist.6.

(e) S.Thom.4.sent.dist.19.

(f) S.Cypr.in tract.de laps.

(g) S.Paulini.in vita S.Ambros.

40 D E C I M A S Y N O D U S

Moralis academiam quavis in hebdomada haud perfunditorie ; sed ad respondendum , ad quæstiones utiles excitandum , ad rationabiliter arguendum parati frequentent . Quarum Præfecti per Dioecesim in fine cujuscunque bimestris discussarum thes- sium , & absentium catalogum sub pœnis nostro arbitrio ad Nos trasmittant , ut in confessarios præcipue animadvertere valeamus .

IV. Ne confessariorum culpiæ adscribatur negligentia conversionis peccatorum , (quod segnities in assistendo confessionalibus non raro causatur) confessarios omnes hortamur & enixe monemus , ut festis tam præceptivis , quam devo- tions diebus , præsertim Paschali tempore assidue , promte , & alacriter in propriis Ecclesiis adstant , iisque potissimum , quibus ratione officii istæc demandata est juridictio : secus fa- cientes pro arbitrio puniemus . Severius autem in nostra Ba- silica in Canonicum Pœnitentiarium majorem insurgemus , etiam per fructuum præbendæ applicationem Sacrissimæ , si sta- tis diebus , & horis in Cathedrali Ecclesia sua in sede confes- sionali , in chori locum , non affideat .

V. Dolemus præterea , quod Clerici ad Sacerdotium promoti , expectantes tempus adipiscendi Ecclesiæ præben- dam , Portionem nuncupatam , bonarum artium studio adeo nuntium mittunt , ut licet in examinandis pro confessione Sa- cerdotibus omnem (animæ tamen innoxiam) charitatem ad- hibeamus , aliquibus in locis minus idonei huic obeundo mune- ri inveniantur . Præcipimus ideo ad Sacerdotium promo- tis , ut Theologiæ Moralis studium non derelinquant , sed in tali statu virilius illud frequentent : si autem consuetudine non vacandi literis se excusare quis pætentat , advertat , quod Dominus dicit , *Ego sum veritas : non dixit , ego sum con- fuctudo (a) . Divina quippe mandata sunt : labia Sacerdotis cuſtodianſ scientium , & legem requirent ex ore ejus (b) : si quis*

(a) Cap. consuetudinem dist. 8.

(b) Malach. 2.7.

qui non vult operari, nec manducet (a). Quapropter Metropolitanæ Ecclesiæ Companiæ disciplinam etiam amplectendo (b) statuimus, quod in conferendis Ecclesiarum Cleri numerati Præbendis, sive Portionibus ad Nos de more spectantibus (uti usque nunc in hac nostra Dioecesi sunt cleri de terris S. Felicis, Bellæ, Raponis, & Ruborum) Sacerdotes in Ordine seniores ad excipiendas Confessiones idonei, & coram Nobis examinandi, ceteris paribus præferantur.

VI. Nemo præsumat absque nostræ pagellæ, quas gratis typis datas concedimus, receptione Pœnitentiæ Sacramentum ministrare, sub pena excommunicationis ipso facto incurrandæ, etiam si Regulares fuerint (c), aliisque juxta temperitatis mensuram ad nostrum arbitrium: quam pœnam subibunt, etiam qui facultate revocata, vel indicto tempore excuso, aut ultra limites facultatum in iisdem pagellis concessarum Confessiones Sacramentales tentaverint audire. Falsis vero pagellis utentes, easque formantes, ultra pœnas a jure statutas, ad illam triremium per quinquennium subjiciantur. Extra Ecclesiam exceptis Sacerdotibus, atque infirmis; & ~~extra erates confessores mulierum cuiuscunque ætatis;~~ Regularibus in propriis cellis confessiones audire, sub pœnis nostro arbitrio reservatis prohibemus.

VII. Ut Sacerdos liberius circa pœnitentem debito fungatur officio, & authoritate in ejus utilitatem semper utatur (d), gratuitam omnino hujus Sacramenti administrationem exerceat sub pena suspensionis ab audiendis confessionibus ipso facto incurrandæ: atque a sponte etiam oblatis abstineat, ne turpis quaestus suspicio suboriatur. Ubi restitutions fieri obtigerit personis, vel locis sive certis, sive incertis (dummodo necessitas pœnitentis ad id non cogat)

F

resti-

(a) Ad Theffal. 2. v. 10.

(b) De qua Piton. discept. Ecclef. 93. num. 20.

(c) Trid. sess. 23. de r-form. cap. 15. Greg. XV. const. 18. incip. Inscrutabili. Urbani VIII. const. 92. incip. cum sicut. Clem. X. const. superbia. Sacr. Congr. Episc., & Reg. de mand. Innoc. XI. 12. Febr. 1679.

(d) Cong. Episc., & Reg. in Neap. 29. Martii 1592.

42 D E C I M A S Y N O D U S

restituendi onus confessarii non assumant (*a*). Cetera quæ pertinent ad sedes confessionales, tempus, & ritum ministriandi hoc Sacramentum, quodque diebus saltem festi-vis, ac devotionis cottam, & stolam violacei coloris confessarii adhibeant (*b*); nec non ad observationem Sacramentalis sigilli, constituta legibus Diœcesanis innovamus, & observari mandamus.

VIII. Confessarii omnes Instrunctiones S. Caroli Borromæi, necnon propositiones damnatas quas pro eorum commodo in Appendix hujusve Synodi adnectimus, attente perlegant.

IX. Licet nullum sit peccatum adeo grave, quod potestate a Christo Domino Ecclesiæ tradita Sacerdotes jurisdictione muniti non valeant absolvere; ne tamen peccandi laxetur habena, utque enormium scelerum dignoscatur atrocitas, per antequo Ecclesiæ more, Divina autoritate non destituto, Sacramentalis graviorum criminum cognitio majori ordini Sacerdotum est reservata (*c*). His moti de causis, ut alias decrevimus, qua in his autoritate præstamus, infra scriptos, casus omnes nostro judicio duntaxat reservamus; facultatemque absolvendi ab illis non esse concessam confessariis quibuscunque per Nos approbatis edicimus.

X. CASUS RESERVATI, QUIBUS ANNEXA EST EXCOMMUNICATIO IPSO FACTO.

I. Omnes utriusque sexus personæ, quæ per se, vel per alium Sanctissimo Altaris Sacramento, vel Christinæ, oleis, sebusve aliis sacris ad beneficia, sortilegia, aut ad alium usum, quam fuerint ordinata, quomodolibet abutantur: quive de prædictis ad ejusmodi fines aliquid dederint, aut datum acceperint, etiam abusu minime secuto.

II. Omnes utriusque sexus personæ, quæ dæmoni spondent obsequium, thus, vel sacrificium offerunt, quamvis absque

(*a*) S.Car.Bor.in Instr.confess.

(*b*) Supracit.Instr.S.Car.

(*c*) Rit.Rom.ord.ministr.Sacr.Pœnit.vers.supersticco.

(*d*) Trid.conf.14.cap.7.

absque errore intellectus: & qui suo, vel alieno nomine condunt, vel condere faciunt quodvis artefactum, in quo dæmon sit constringendus.

III. Benefici, necromantes, divinatores, striges, lamiae, sortilegi, quovis nomine appellati ex utroque sexu, qui cum expressa dæmonis invocatione ad captandum amorem, vel odium concitandum, sive thesauros inveniendos, aut ad alium quemcunque finem utuntur incantationibus, aliisque maleficiis: sive etiam ligaturis a naturali, & legitimo Matrimonii usu conjuges avertunt: ac scienter in præfatis cooperantes, aut quovis modo consentientes.

IV. Omnes cujusque sexus & conditionis alloquentes si ne nostra licentia cum monialibus, tam in Monasteriis, quam in conservatoriis, vel cum aliquibus earum, etiam si sit conversa, aut novitia, sive educationis, aut alterius rei causa ibidem commoretur: conjunctis in primo, vel secundo consanguinitatis gradu duntaxat exceptis. Declaramus autem eos, qui facultatem obtinuerint, vel hac in reservatione permisum habent loquendi cum aliqua prædictarum, non posse sub eadem reservatione data opera, & ex proposito cum aliis colloqui. Ii præsertim, qui cum aliqua ex prædictis, aut coram ipsis de rebus obscenis per verba, aut per actus impudicos præsentes egerint; absentes vero per signa, aut per literas, aut per internuncios; nec non viri, aut mulieres si ve intra, sive extra monasterii, vel conservatorii claustra, ac septa, qui prædictas literas, sive mandata deferant.

V. Omnes in causa criminali, vel civili, cum gravi damno alterius, vel cum damno justitiae legalis falsum deponentes, aut deponendum curantes; nec non inducentes ad falsum deponendum: falsisque testibus, aliisque publicis, privatisve scripturis, aut attestationibus directe, vel indirecte utentes, & in ipsis falsis documentis cooperantes, adjuvantés, deponentes.

VI. Falsum, fictum, aut fiduciarum Patrimonium, sive quomodolibet fraudolentum præsentantes, etiam pro Prima Clericali Tonsura, necnon constituentes, consulentes, aut quomodolibet cooperantes.

F a VII. A-

44 D E C I M A S Y N O D U S

VII. Actuarii, notarii, scribae, qui cum alterius partis offensione, aut cum Reipublicæ, vel legalis justitiae detrimento, dolose auētam, vel diminutam informationem capiunt, vel ita dicta scribunt.

VIII. Confessarii omnes, etiam Parochi ad inhonestam personam quamcunque, sive in actu confessionis, sive ante, sive post immediate, aut prætestu, vel occasione confessionis, etiam confessione non secuta, vel extra confessionem in confessionalibus, sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato, aut electio cum simulatione audiendi ibidem confessionem, solicitantes, aut quomodolibet impudice tractantes.

IX. Homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesiis, cæmeteriis, aut sacristiis, aut publicis oratoriis patrantes.

X. Omnes utriusque sexus, qui in Paschate non communicantes ab aliis recipiunt schedulas testimoniales satisfactionis annuae communionis, ut de illius implemento Parochis fidem exhibeant: item illi, qui eisdem non communicantibus schedulas concedunt, vel quomodocunque accommodant, vel in his cooperantur propter descriptum finem.

XI. Incestuosi in primo, & secundo gradu consanguinitatis, aut affinitatis, necnon cognationis spiritualis in gradu a jure ad contrahendum matrimonium prohibito. Mulieres autem si vere sint pœnitentes, a quocunque confessario per Nos approbato absolvi possunt, gravi tamen, sed prudenter imposita pœnitentia salutari; & dummodo occasio proxima salutaribus facta sit mediis remota.

XII. Sponsi, & sponsæ post contracta sponsalia, etiam privata inter se, & ante matrimonium legitime celebratum, carnalem inter se copulam habentes; necnon parentes, & omnes quicunque domus curam habentes eandem copulam, vel sponsorum cohabitationem, vel pernoctationem, etiam pro una vice permiserint.

XIII. Confidentes venena in hominum perniciem, eademve confecta apponentes, aut propinantes, sive ad hoc quo-

mo-

modolibet scienter cooperantes , etiam non secuto effectu .

XI. CASUS RESERVATI , IN QUIBUS NON EST ANNEXA CENSUSA .

I. Blasphemantes Deum, Dominum nostrum Jesum Christum , & Beatam Virginem Mariam , aliosve Sanctos cum Christo in cœlo regnantes , ex prava consuetudine coram pluribus supra quatuor .

II. Masculi exercentes peccatum sodomie , vel cum brutis coeuntes .

III. Confessarii omnes etiam curati ad obscena quaslibet personas sibi confitentes , licet non immediate post , vel ante confessionem inducentes , vel solicitantes , vel cum eis impudice tractantes .

IV. Medici , qui visitantes in lecto infirmos post tres dies a visitatione non curaverint , ut prædicti infirmi peccata sua idoneo Confessario confiteantur .

V. Publici concubinarii , & concubinæ , etiam si publice non fuerint excommunicati , dummodo realis separatio domus , & thori facta non fuerit , & per duos menses se continuerint . vel nisi certo , aut valde probabiliter constet ; eos factos physice , vel moraliter impotentes ad reincidendum , aut paulo post esse inter se matrimonium contraeturos .

VI. Debitores quorumlibet locorum piorum , sive eorundem administratores , qui intra mensem , etiam extrajudicialiter requisiti a Rectoribus , procuratoribus , vel novis administratoribus eorundem locorum redditus , & census dolose non solverint . Item decimas Parochiales , cum possunt , non solventes .

XII. Qui annum decimum quartum non compleverint prædictis censuris , & casibus comprehendere non intendimus .

XIII. Licet ratione officii Canonicus Pœnitentiarius major Cathedralis jurisdictionem super reservata non habeat (a) , tamen

(a) Sacr. Congr. Conc. ad 4. dubia in Derthonens. 6. Julii 1647. lib. 18. decr. fol. 349.

tamen praesenti ordinatione ei concedimus facultatem super illis tantum a Nobis reservatis absolvendi : sed hanc delegationem aliis subdelegare non præsumat, & præsentem concessionem ad nostrum beneplacitum esse duraturam agnoscat.

XIV. In supradicta, & in omnibus aliis concessionibus facultatis absolvendi a reservatis, utcunque sint, sine speciali mentione casus collocationis cum monialibus, ab isto jurisdictionem absolvendi minime concessam, expresse declaramus.

C A P U T VI.

De Sacramento Extrema Unctionis.

I. **C**lementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia, omnium hostium tela esse prospicuum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis preparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viveant, ab omni graviore spiritus incommodo possint; ita Extreme Unctionis Sacramento tanquam firmissimo quodam praesidio munivit (a). Nos autem, qui Iesu Christi, imparibus licet meritis, servituti & ministerio addicti sumus, ut hoc infirmorum magnum Sacramentum (b) nostra in Ecclesia ritè ministretur, & ab ista vita exeentes disponentur ad gloriam, quo validiores illo in articulo inimici sunt impetus, eo solidioribus auxiliis occurrere studemus.

II. Parochorum negligentia in visitandis infirmis maxima per sepe causa est, quod fideles hoc Sacramento non muniti ad extremum agonem misere vergant. Ne igitur hocce ultimum remedium, quod Ecclesia possit conferre (c), fidibus,

(a) Trid. l. 14. doct. de Sacr. Extr. Unct.

(b) Goffrid. Vindicten opusc. 9.

(c) S. Th. dist. 22. q. 2. art. 2.

bus animam agentibus deficiat, Curatos omnes serio monemus, ut ægrotos sacro Viatico refectos sæpe visitent, morboque ingravescente prudenter persuadeant, ut Extremans sacri Olei Unctionem alacri animo expetant, & accipiant ad reliquias peccatorum abstergendas; onus animæ levandum, fiduciam in Dei misericordiam confirmandam; & corpoream quoque sanitatem, ubi spirituali saluti profutura sit, consequendam: quum tanti Sacramenti contemptus absque ingenti sclere, & ipsius Spiritus Sancti injuria esse non posse (a). Satagant insuper Parochi ægros, dum illi integris pollut sensibus, Sacro Oleo collinire (b): etenim gravissime peccant, qui illud tempus ægroti ungendi expectant, quum prorsus destituta spe salutis, carere vita & sensibus incipiatur (c).

III. In hujus Sacramenti administratione, vel denegatione, quæ in Rituali Romano (d) præscribuntur, omnino servari mandamus; præcipue ut Sacramento saltem Pœnitentiæ juxta perpetuam Catholicæ Ecclesiæ consuetudinem (e) suscipientes præmuniantur; ipsiusque Unctionis virtute, & effectibus instruantur, nisi imminentis mortis periculum alter exigit.

IV. Infirmos insuper graviter decumbentes, antequam sana mente destituantur, Parochi hortentur, ut de terrenis jure disponant; primumque male ablata, & aliena restituant; deinde filiorum, istisque deficientibus, proximiorum de sanguine necessitatibus consulant; postmodum piis de causis cogitent (f): hoc enim justum & æquum est (g). sanctissimis Ecclesiæ Patribus visum. Animarum propterea moderatores,

quan-

(a) Trid. loc. cit. cap. 3.

(b) S. Thom. ibid. S. Car. in I. Conc. Prov. Mediolan. &c in instruc. de hoc Sacr.

(c) Cath. Rom. hoc tit. num. 9.

(d) Ordo ministr. Sacr. Extr. Unct.

(e) Catech. Rom. loc. cit. Syn. Carnotensis ann. 1526.

(f) S. Aug. serm. 49. de divers.

(g) Possidius in vita S. Aug. cap. 24.

quantum in Domino possumus, mōnemus, ut omnem avaritiae & cupiditatis umbram in hoc evitent: si vero sub colore dispositionum eos legatorum aucupes adinvenerimus, nedum ad legata restituenda legitimis successoribus compellemus; verum etiam severioribus nostri arbitrii pœnis pletemus.

V. Tandem Parochi Infiriorum qualitati, & intelligentiæ sese accommodando, orationibus piis, ac devotis verbis eorum animas Creatori, qua decet charitate & patientia, commendent: caveant ne hoc in ministerio molestiam, tediumve afferant ægrotantibus: curentque ut nunquam ipsorum, aliorumve Sacerdotum assistentia desit in summō periculo destitutis. Simplices proinde Sacerdotes non modo hortaur, ut hoc in munere Curatos coadjuvent, verum etiam in renitentes condignis arbitrii pœnis animadvertemus.

C A P U T VII.

De Sacramento Ordinis.

I. **Q**uam reliqua Sacraenta adeo ab isto Ordinis pen-deant, ut sine illo partim confici, & administrari nullimode queant; partim solenni cæremonia, & religioso quodam ritu ac cultu carere videantur (*a*): Nos ad hanc suscitandam Dei gratiam, & aliquos de nostro populo ad opus ministerii segregandos electi, ne per festinam manuum impositionem alienis peccatis communicemus, & per electionem dñiturnæ considerationis expertem, omnium Sacramentorum administrationem subvertamus, in id omnem nostræ solicitudinis curam impendimus, ut qui bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent (*b*).

II. Nullus igitur ad sacra mysteria tractanda veniat in-doltus, aut ignorantia tenebris cæcutionis, sed quem morum inno-

(*a*) .Catech.Rom.part.2.cap.7.n.1.

(*b*) Ad Timoth.2.v.13.

innocentia, & literarum splendor reddunt illumitem (a): nam per Nosmetipos testimonium ab his, qui foris sunt, vitas ordinandorum perquisituros, & eorumdem doctrinam in Theologia præsertim morali quisque sciat perscrutaturos. Parochos tamen, & Ecclesiarum Rectores enixe monemus, ut omni deposito humano respectu in concedendis requisitis attestacionibus veritatem nullimode obnebulent. Ubi vero tam urgens necessitas acciderit, ut aliis ordinandorum examen delegare cogamur, Examinatoribus serio injungimus, ut hujusc Diœcesis circa ministeriorum utilitatem perpendant indigentiam, solamque divinam gloriam, & honorem p̄œ oculis habeant: neque post constitutum examen aliquid muneris directe, vel indirecte accipiunt: alias præter simoniacæ labem, poenam suspensionis a Divinis tam recipientes, quam dantes subibunt (b).

III. Promovendorum ad Ordines requisita in anteaclis hujusmet Diœcesis constitutionibus adnotata perquiri mandamus, atque impleri, servata adamussim lege Concordati Inter Sanctam Apostolicam Sedem, ac Serenissimum Carolum Borboniam p̄uissimum Regem nostrum, quem Deus Optimus Maximus in ævum servet Nobis in columem, in dies sospitet, potentioremque efficiat ad Ecclesiae suæ tuitionem;

C A P U T VIII.

De Sacramento Matrimonii.

I. **U**nigenitus Dei ad Terras descendens, humanam assumendo naturam, eandem in melius restaurandi studio, naturale conjugium elevavit in Sacramentum, ut per indissolubilem unius viri, & mulieris nedum in matrimoniali coniunctione eluceret castitas, in naturali mutua benevolentia per gratiam sanctificata dilataretur charitas, atque in

G

pro-

(a) Conc. Tolet. viii. cap. 8.

(b) Trid. sess. 21. de reform. cap. 1.

50 D E C I M A . S Y N O D U S

prolis educatione ad veri Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi Religionem, & cultum fides propagaretur: Hoc enim est magnum in Christo, & in Ecclesia Sacramentum: Quod ut per nostram Diocesim in timore Domini celebretur, nonnulla de eo servari mandamus.

II. *Et quia, ubi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superaedificium (a);* perditæ idcirco pietati parentum, aliorumque, qui in domibus præsunt, atque sponsorum temeritati, qui matrimonii sanctitatem prævia malæ concupiscentiae obsecenitate commaculant, frænum excommunicationis ipso facto incurriendæ, sicuti in reservatione casuum jam statutum (b) est, imponimus. Nostræque insuper Curie, & Parochis districte inhibemus, ne unquam licentiam sponsis indulgeat in upa eademque domo cohabitandi, aliisve quibuslibet in suis domibus admittendi sub pregiis nostro arbitrio servatis. Quibus etiam affiantur Parochi manum hoc in Civitate Dei nostri, & in monte sancto ejus (c) vi dentes, & non arguentes, vel redargutum, sed incorrectum ad Nos minime deferentes. Insuper præcipimus, ut iudicem animatum Rectores, statim ac noverint in sua Parœcia rite contrafacta sponsalia pro viribus studeant ea per matrimonium de præsenti quam citius perfici & compleri: siue ultra quadrimestre sponsos viderint morosos, nostræ Curie referant, ut valeat paterne, & opportune providerent (d).

III. Antequam vero publice in Ecclesia proclamationes singulorum, quæ celebranda sint, conjugiorum fiant, explorent Parochi in omni prudentia amborum contrahentium voluntates, ut ubi non liberas, sed coactas quomodolibet invenerint, nostræ Curie nunciare valeant. Prætereaque si sponsos fidei necessaria rudimenta pescire reperiverint, diffe ren-

(a) Can.cum Paulus 1.4.1.

(b) Supra hoc eod.tit.cap.5.num.16.caſ.13.

(c) S.Aug.de bono conjugal.cap.7. de nupt. & concupisc. cap. 10. & alibi passim.

(d) Syn.Prænest.ann.1729.hoc tit.cap.1.

rendas, quoadusque instruantur, fore denunciations, consti-
tuimus.

IV. Ut in matrimoniis per Procuratorem contrahendis
omni periculo, quod ex facto tam arduo potest imminere,
consulamus; sub pena Suspensionis ab administratione Sacra-
mentorum, aliisque ad nostrum arbitrium, Parochis injun-
gimus, quod apte matrimonii celebrazione originale depu-
tati procuratoris mandatum ad nostram Curiam transmittant,
quæ utrum conditionibus a jure requisitis validatum sit (a),
agnoget. Post vero contractum matrimonium idem manda-
tum, gratis a Curia approbadum, in libro Parochiali, ubi ju-
xta formulam Rituallis Romani celebratum matrimonium, ex
adnotandum, constaret. Ita solenni benedictione (b),
vel dum matrimonium celebratur, breverem, & gravem ser-
monem, quo dilectio conjugalis, sancta conversatio, & pro-
lis in timore Domini educatio inculcetur, sub poenis nostre
arbitrio, Parochi non omittant.

(a) Cap. procurator autem de procur. in 6.

(b) Missal. Rom. in Missa pro Sponso, & Sponsa.

TITULUS III.

De ecclesiastica disciplina.

C A P U T I.

De vita, & honestate clericorum.

I. **S**atis superque foret clericalem vitam, & honestatem paucis his complectere: quod scilicet vocati in sortem Domini ab omni vitiis turpitudine absint, omnique virtutum genere se adornent, nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum (a): et ea de re praesentis seculi relaxatio ad aliquid amplius edicendum Nos adigit.

II. In primis itaque, nullus eorum, qui connumerantur in Clero, vestimentum indecent habeat, sive in Civitate degens, sive in itinere ambulans (b): talarem vestem, vel apposititiam saltem pallam, vulgo faldiglia, dum sacra faciunt, vel Divinis interveniunt, sub poena suspensionis, omnino induant (c). Pallam vero, quam ob hujus Diocesis locorum asperitatem toleramus, integrum ab humeris ad talos, & in anteriori parte globulis, quum ea utuntur, clausam, non vero apertam, succintamque præcipue in Ecclesiis deferant (d). Illisque minime utantur Pallis, faldiglie a mezza cintura nuncupatis, sub poenis alias in Diocesanis ordinatiibus sanctis, quas propterea renovamus, & confirmamus.

Cete-

(a) Ad Corint. 6.v.3.

(b) Can. nullus 21.q.4.

(c) Can. non licet 112. dist. 93. Clement. quoniam de vita, & honest. Cleric.

(d) Cap. clericorum officia verb. clausa hoc tit.

Ceterum extra descriptum tempus predicta rationabili de causa (a) breves vestes perferimus , verum Clericis convenientes, a laicis venustatibus difformes , sed necessitati decentes, nigri coloris , globulis obstrictæ (b); interiora , & apparentia indumenta , atque caligæ pariter sint nigri coloris . Collare , ornementum clericale , nunquam omittatur : nec illius loco extra domum fasciola , vulgo crovatta defera-
tur (c): Clericalis Tonsura ordini conveniens vestimento ac-
cedat (d). Capilli adeo attondeantur , ut collare posterius
non tegatur , & aures anterius non occultentur (e); Secus fa-
cientes poenam nostro arbitrio reservatis subjicimus , & veti-
cum indumentum pauperibus attribuemus.(f).

III. Quicunque ex clero esse videntur , arma militaria
non sumant (g). Ille vero illi ab excessibus compescantur bu-
jusmodi , & ipsi de dannabilis circa hæc negligencia nequear-
mus reprobandi (h), constitutionem alias latam circa arma
etiam laicis prohibita innovamus , & poenam ad nostrum ar-
bitrium reducimus , ut illa deferentes , juxta frequentias me-
suram, Ecclesiasticos , quibus nobilium privilegia competunt;
pena carcasis fornicis ; reliquo vero damnatione ad trime-
mes coercere valeamus . Ceterum quod ad armorum , etiam
laicis permissionum delationem , nec non alearum ludum , ac-
cessum ad choreas , comedias , vel earundem exercitium;
hujus Ecclesiae constitutiones servandas mandamus ; Ludum
que minime statui clericorum convenientem , imo maximo-
pere dedecentem , specialiter vetamus , vulgo nuncupatum , il-
gioco a menare il cacciocavallo; sub poena suspensionis ipso facto
in-

- (a) Cit.Clement. quoniam.
- (b) Cit.cap.Clerici officia.Trid. sess. 14. de refor. cap. 6.
- (c) Sac.Gong.Conc.in Ostunen.Syn. 16.Julii 1697.ad 7.
- (d) Can.prohibere dist.27.
- (e) Can.non licet vers.patentibus auribus dist.23.
- (f) Ad cit.Clement.quoniam vers.teneantur infra mensem .
- (g) Can.quicunque, can.nimium, cau.cum a Judæis 23.q.8.cap.clerici
il.l.de vita , & honest.Cleric.
- (h) Clem.I.eod.tit.

54 D E C I M A S Y N O D U S

Incurriendæ nobis reservatæ , alijſque pœnis ad nostrum artitrium: Reforment præterea Ecclesiastici omnes eorum vitam ad regulam, in duobus nostris Edictis ab initio nostri Præfulatus emanatis patente statutam: quæ, ut melius valeant perpendi , in hujus Synodi appendice collocamus .

C A P . U T . II.

De Præbendis , & Dignitatibus .

I. **T**estis est Deus , si in ecclesiasticis emolumentis , & honoribus conferendis , quid unquam egimus , quod a Divina gloria, ab Ecclesiæ utilitate, a doctorum , magisque digniorum virorum premio, oculos , nosris mentis aliquantulum amoverit . Hanc propterea consuetudinem nostram , quam Deus O. M. nullo unquam tempore desertum iri patiatur , attendentes omnes de Clero , literis vacare , honestatem colere , Ecclesiæque ministeriis servire pro viribus contendant , retributionem expectaturi .

II. **N**ostras basilicæ Dignitates , & Canonicæ , quim ad servandum augendamque ecclesiasticam disciplinam (a) fuerint instituta, ut qui eis obtinuerent , pietate præcelerent , alijſque exemplo essent , atque Episcopos opera , & officio juvarent ; eas , eosque fraterna dilectione hortamur , ut interna virtutum ornamenta , simul & extrinsecata vestium decetiam præferentes , ea morum integritate polleant , ut merito Ecclesia Senatus dici possint (b) . Chori levitum fréquentare satigant , ibique silentium arcte servare , psalmodiam reverenter , distincte , & devote (c) persolvant ; in asterisco aliqualem pausam interponendo (d) , quæcumque extranea , vana , & profana (e) nullatenus admittant : nec aliquem sine rationabili causa ante finem officii exire patientur . **Quæ ut admissim serventur ,**

non

(a) Trid. ffs. 24 de reform. cap. 12.

(b) Trid. ibid.

(c) Cærem. Episc. lib. 2. cap. 5. num. 3.

(d) Clement. gravi de celebr. Missæ &c.

(e) Cap. dolentes de celebr. Missæ &c.

non modo Chori Præfecto vigilantiam urgemuſ ; ſed poenam etiam ad noſtrum arbitriuſ , & ſuſpencionem præcipue a di- viinis reſervarimus . Cæterum ſtatuta Capitularia ad amuſſim obſeruentur ; verum censuras in illis ſancitas , præter illas in capite Capitularium conuentuum contentas , quas in ſuo ro- bore relinquimus , omnes ferendæ ſententiæ iudicimus . De- niue ad noſtrouſ allōquimur ; ita cum D. Cypriano : *Sic am- bulate , ſic agite , ut ſemper Eccleſie Senatus candidus con- ſtituat (a)* .

III. Quæ de preſbyteriis Portionariis tam Cathedraliſ , quam Eccleſiarum numerum præfixum in Diocesi habentiuſ , circa eorumdem privationem , & abſentia tempore , alteriusque preſbyteri ſuſfectionem juxta per antiquum morem in Diocē- ſanis conſtitutionibus , & Sanctarum Viſitationum decretis a noſtris Prædeceſſoribus ſalubriter ſtatuta ſunt , conſirmamus & in ſuo pleno robore manu teneri ordinamus , ut paſt annum probatæ abſentia priventur , aliisque personis idoneis , & di- gnis , requiſita ſtatutorum propriæ Eccleſie habentib⁹ cor- ferantur .

C A P U T . III.

De Parochiis , & eorum officiis .

I. **Q**uum Parochij revera ſint preſbyteri in populo Dei , ex quibus pendet anima eorum (b) , fratres , coopera- tores , & Miniftri ſollicitudinis noſtræ , eos ſerio ad- monemus , ut agnoſcant , quod Divino præcepto mandatum ſit , quibus animarum cura commiſſa eſt , oves ſuas agnoſcerre , pro hiſ ſacrificium offerre , verbiq; Divini prædicatio- ne , ſacramentorum administratione , ac bonorum omnium ope- rum exemplo paſcere , pauperum , aliarumve miſerabilium personarum curam fi aternam gerere , & in cetera munia pa- flora-

(a) S.Cypr.de ſignis.Cler.

(b) Judith.8.v.21.

56 D E C I M A S Y N O D U S

floralia incumbere (a). Quæ sane omnia & singula ipsi ; quā par est sedulitate peragant , ipsi proprios manipulos Domino representent : nam Christus princeps pastorum ipse orem perditam diligenter quaerit , ipse propriis humeris portavit (b) .

II. Igitur ultra ea , quæ Parochis præsens Sancta Synodus mandat , ut iisdem , per semetiplos proprio ministerio vacent , præcipimus atque in ipsorum cura exercitio , ad prægravis etiam oneris levamen , nullum per Nos non probatum adjutorem admittant (c) . Ultra biduum absque nostra licentia , & nonnisi relieto idoneo Vicecurato per Nos approbato a parochiali residentia minime absint ; secus vero facientes pro rata temporis absentie subtractionem fructuum parochialium fastinebunt , & perseverante absentia poenam in aliis hujus Dioecesis legibus ordinatain , renovamus .

III. Nemo Sacerdotum , sive Secularium , sive Regularium absque Curati licentia puerperas , post partum benedicendo , vel ministrando aliis benedictionibus , tale jus perturbare audeat : aliter in suspensionem a divinis seculares incidunt , Régulares vero suarum Ecclesiarum interdictum , alias que poenæ ad secessum arbitrium substitueant .

IV. Præcedentes hujus Ecclesiæ constitutiones renovando præcipimus , ut Parochi , etiamsi parochiales redditus sint tenues , singulis festis diebus Missæ Sacrificium pro populo offerant , atque inhærentes oraculo Sanctissimi D. N. Bened. XIV. (d) omnino vetamus talis Missæ parochialis applicacionem pro aliis eleemosynam dantibus . Quia vero in Dioecesis oppidis simplices Sacerdotes de decimis parocialibus participant istimet , quemadmodum in nostris Sanctis Visitacionibus alias decrevimus , per turnum festivis diebus pro populo Sacrum omnino offerant .

VI. Mo-

(a) Trid. sess. 23. de reform. cap. 1.

(b) S. Petr. Damian. epist. 5.

(c) Trid. sess. 6. de reform. cap. 2.

(d) In Ep. encycl. quæ incipit cum semper die 19. Aug. 1744.

V. Monemus tandem Synodales Examinatores , ut me-
mores sint , quod expedit maxime animarum salutì a dignis
atque idoneis Parochis eas gubernari (a) . Proinde in Deo ,
& coram Deo , dum ad Parochiales Ecclesias concursus ha-
bentur , quilibet Examinatorum munus suum , qua par est
diligentia , adimplere studeat , Concilii Tridentini decreta
sedulo perpendat (b) , & peculiares S. Caroli Borromæi instru-
ctiones (c) considerare , quum possit , non negligat ; prætere-
aque litteras encyclicas desuper editas de mandato cl. me. Cle-
mentis XI. & Sanctissimi D. N. Benedicti PP. XIV. die
14. Decembris 1742.

C A P U T . IV.

De Seminario Clericorum.

I. **Q**uum conclavis impuberum & adolescentium clericorum , perpetuo a Sacris Canonibus exoptati prope Basilicam (d) , & per Tridentinam Synodus Seminarii nuncupatione demandati (e) , biennio post ejusdem Syndici publicationem nostra Ecclesia ad suorum filiorum educationem sit munita præsidio (f) , & jam inde a Præsulibus , prædecessoribus nostris , per quorundam Beneficiorum unionem , tandemque a maximo , & nunquam satis commendato hujus Basilicæ , & Seminarii Benefactore , Benedicto Papa XIII. fel. record. per unionem Abbatæ Sanctæ Mariæ de Capotignano cum annexis proventibus sit provisum , & opportunis legibus pro bono regimine emanatis (g) sit consultum ; nunc nostra dumtaxat exigitur vigilantia , ut excitata ,

H

com-

(a) Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.

(b) Ibid.

(c) In act. Eccleſ. Mediolan. lib. 1. tit. 8. de off. Exam. cap. 1. ad 21.

(d) Can. omnis setas , & can. neces. 12. q. 1.

(e) Trid. sess. 23. de reforat. cap. 18.

(f) Bulla erectionis 27. Sept. 1565.

(g) A Maii 1728.

58 D E C I M A ' S Y N O D U S

comparata , & statuta intemperate conserventur.

II. Integritas vero præsidentium, quoniam salus est subditorum (a) , proinde ad Seminarii Rectorem in primis oculos nostros dirigimns , eum hortantes ut in sanctitate , ac doctrina satagat adolescentes educari , & statuta non modo persæpe legat , verum etiam quæ ad suum pertinent munus , ut reæ loci bona ministrentur , opere compleat , ne culpis aliorum , quibus præcessit , & invigilare ex instituto debet , alij getur (b) .

III. Nemo in Seminario admittatur , nisi ex legitimo sit matrimonio natus (c) : *dissimum enim est , ut in Seminario Clericorum Ecclesiasticae vita præceptis instruantur , quos Ecclesia ab Ordinibus arcit . Adolescentes tandem monemus , ut finem admissionis eorum continuaenter pensent , & consequi pro viribus contendant : nempe , ut laete timoris Domini enutriti ab adolescentia sua in vineam Patris familias excolandam strenue valeant incumbere , Ecclesiæque Dei maxime ferventes operarii evadant : nam non Jerosolymis vixisse , sed Jerosolymis bene vixisse laudabile est (d) : in reliquis ad hoc . Sacrum Seminarium spectantibus regulas , & statuta prædecessorum nostrorum confirmamus , & in viridi observantia esse volumus .*

C A P U T V.

De Regularibus , & Monialibus .

I. **Q**uemadmodum in animo Nobis est , fines a Patribus constitutos servare , & nullatenus ultra illos jurisdictionem nostram extenderemus Regularium privilegia & exemptiones , quoquomodo perrumpere vel turbare sic vicissim quæ Nobis , vel ordinaria , vel delegata potestate

com-

(a) Can.miramur dist.64;

(b) DD.ad leg.60.C.de Decurion. & filiis eor.lib.10.

(c) Trid.d.sect.23.de reform.cap.18.

(d) S.Hieronym,

competunt super eorundem Regularium Ecclesias & personas, ea nec violari, nec diminui unquam ferre debemus. Ea propter quum in Ecclesia PP. Minorum Conventualium Terræ Sancti Felicis hujus Diœcesis duo altaria, seu Capellæ Confraternitatum sub titulo Sanctissimi Rosarii, & Sancti Francisci existentia nostræ Jurisdictioni subjaceant; Nos Prædecessorum nostrorum morem imitantes illa quotannis visitavimus; atque in posterum visitare non omittemus, quoad spirituallia duntaxat ad normam novissimæ legis Concordatorum. Cumque super istis Capellis anno 1731. ob visitationem cl. me. Dominico Antonio Manfredo prædecessori nostro vi impeditam, superior ejusdem conventus fuisset excommunicatione innodatus; eoqué ad Tribunal appellationis provocante sententia confirmata fuisset, quæ in rem transiit judicatam; ut hujus etiam rei non oblitteretur memoria, eam heic evulgarere placuit.

II. Ne in agro Dominico, ubi Dei filius, decorus gloria, sponsus, choreisque Virginum septus inter lilia pascitur, Religioni indecorum aliquid obrepatur, aut vitiosum quidquam perniciose in secessione contineatur, sed ut in illo potius flores honoris, & honestatis fructus in ubertate succrescant (a), quæ alias a Prædecessoribus nostris, nobisque etiam statuta sunt, confirmamus, & quatenus opus innovamus. Insuperque præcipimus, quod educandæ nec ante septennium, nec sine licentia Sacrae Congregationis admittantur (b). Admissæ vero haud sæculi vanitates redolentibus, sed modestis vestibus colore, & pauperno habitus monastici conformibus, prout etiam in licentia Sacrae Congregationis edicitur, utantur. Ut autem Virginum ad Religionis statum vocatio, & idoneitas sub oculis tam a monialibus, quam ab ipsis Virginibus dignoscantur, nisi per sex saltem menses, quævis in Monasterio ad educandum commoraverit, ad novitiatum nullam fore admittendam censemus.

H 2

III.

(a) Clement. ne in agro de statu Monach.

(b) Conf. Episc. & Regul. 28. Martii 1588. & 27. Maji 1603.

60 DECIMA SYNODE

III. Excommunicationem latæ sententiae Nobis reservatam (a) contra colloquentes sine nostra licentia cum monialibus, eo fortius inflictam volumus in omnes utriusque sexus, status, & conditionis, qui sine nostra licentia speciali cum eisdem colloquuntur ad clausuræ januas. Pari etiam censura innodamus omnes, & quoscumque cum iisdem loquentes ad ostiolum, ubi Eucharistia distribuitur, vel ad crates, sedesve Confessionalium, aut rotas in earum Ecclesiis existentes. Sacristis tamen, & aliis quibus necesse fuerit, liceat tantum eo tempore, quo missæ celebrantur, sive per eos dies, quibus aliqua solennitas habeatur, sed brevi duntaxat temporis spatio, & nonnisi de iis, quæ sui munera sunt, alloqui e rota. Secus facientes, eidem censuræ, & poenitentiis aliis nostro arbitrio subjiciimus (b).

IV. Edicta ab Episcopis ordinaria, vel delegata auctoritate in concernentibus bonum Monasteriorum regimen, sub diversis poenitentiis, etiam promulgata, & Monialibus intimata, easdem afficiant, & obligent adhuc, ipsis Monialibus renuentibus, & non acceptantibus, contraria sententia, tanquam proprias conscientias illaqueante, & scandala fovente improbata, rejecta, & damnata, ut nostris Ordinationibus minime obsistatur, constat (c). Præterea Monialibus nostris subditis paterne, & quantum in Domino possumus, significamus, ut serio recognoscant, si cum secularibus utriusque sexus, vel Regularibus contra nostras dispositiones colloquuntur, vel præsentes, vel absentes per signa, aut aliter communicent, eas fieri complices culpæ longæ gravis, quum censuræ illos obnoxios efficiant.

CA-

(a) Sup tit. 2. cap. 5. num. 10. cas. 4.

(b) Sacr. Congreg. Episc. & Regul. in Neap. 21. Aprilis 1593. & in Bonon. 28. Januarii 1603.

(c) In Neapol. observat. decreto 10. Septemb. 1672. reg. lib. 27. fol. 487.

C A P U T VI.

De Sacrosanctis Ecclesiis.

I. **U**T Domus Dei, vere domus orationis esse videatur, & dici possit (a); ut ne ubi peccatorum est venia posse landa, ibi peccandi detur occasio, aut reprehendantur peccata committi (b), zelum templi sancti sui, qui Nos comedit, sequentibus ordinationibus demonstramus.

II. Parochos igitur, & Rectores animarum in Domino monemus, quod fidelibus caste, & pie vivendo quisque in corde suo Spiritus Sancti efformet templum, instillent, ut in Sancto Dei tabernaculo immaculati habitent, & quod ultio Domini est, ultio Templi sui (c), intonent; ut eos a profanatione deterreant, omnemque irreverentiis, & confusionibus aditum praeccludant.

III. Ad commorandum, qua decet sanctitate, in Ecclesia, sub pœnis nostro arbitrio contra Ecclesiasticos quoscunque vetamus, ne in Ecclesiis etiam ruralibus agrorum fructus, vel ruralia instrumenta, quasi in promtuariis immittant; confabulationes, & colloquia, eoque magis seada, & profana (d) non habeant; concionum tempore pileo caput non contegant; altaribus non haereant, neque innitantur, superque illis quocunque profanum non imponant (e); nefariasque demum amassorum temeritates (f) nullatenus exerceant. Invigilent propterea Parochi, Rectores, Sacristæ, & Vicarii Foranei respective, ne talis irreverentiis Ecclesia Dei contemnatur.

IV. Licet optimis legibus ne planctus & ejulatus super mor-

(a) Trid. sess. 22. de observan. & evitan. in celebrat. missar.

(b) Cap. decet de immunit. Eccles. in 6.

(c) Jerem. 41. v. 11.

(d) D. cap. decet.

(e) Sacr. Episc. Congreg. 12. Januarii 1604.

(f) Lit. encycl. Congreg. Episc. & Regul. iussu Clem. XI. n. 5. 30. Ju-
lii 1701.

DE C I M A S Y N O D U S

mortuis maxime in Ecclesiis tolerentur, cautum sit; earum tamen observantiam neglectam dolentes invenimus: Igitur ad vitanda scandala, & derisiones, necnon divinorum officiorum perturbationes, ac in Ecclesiis clamores, & tumultus, eorum, qui non raro Adonidem lugent, præcipimus, ut Clerici, & Ecclesiastici omnes, lugentibus comminentur, si præmissis monitionibus comitantes funus non acquiescunt, cadavera ad Ecclesiam non delaturos, & in Ecclesiis officia minime prosecuturos.

V. In sacris etiam locis, quæ Ecclesiis adnexa sunt, & præcipue in Sacristiis reverentiam & silentium servatum volumus, sed quia qualis Rector est Civitatis, tales, & habitantes in ea (a), Ecclesiasticos primum admonemus, ut in Sacristiis tumultus, strepitus, & confabulationes evitent; clerales congressus, & disceptationes, omni contentione remota, modeste tractent: etenim in eos tanquam speculum reliqui oculòs cojiciunt, ex iisque sumunt, quod imitantur (b).

VI. Quæ vero Immunitatem Ecclesiarum respiciunt, in iis adamusim juxta leges concordati hujus Regni cum Sancta Sede (c) judicari mandamus.

C A P U T VII.

De Foro Episcopali.

I. **Q**uoniam parum esset condere jura, nisi essent, qui ea executioni debite demandarent (d); ideo nostri Tribunalis curam minime negligentes, nostro Vicario Generali harum Constitutionum executionem commendamus. Eumque in charitate Domini hortamur, ut justitiæ cum æquitate administrandæ, inferioribus ministris, & Curiæ moderan-

(a) Eccl. 10.v.2.

(b) Trid. less. 22. de reform. cap. 1.

(c) 13. Junii 1741. cap. 2.

(d) Cap. periculoſo §. & quoniam de statu Regul.

randis incumbat, quemadmodum haec tenus laudabiliter in omni prudentia, & doctrina id opere præstítit: sicque in posterum gloriæ Domini currum Nobiscum ferat.

II. Vicarii Foranei, quos in nostra Diœcesi magis de Clero probos, & idoneos elegimus, suas esse partes intelligent, diligenter inquirere de laicorum, & Clericorum vita, ac moribus; & quomodo Parochi, aliique Ecclesiistarum Rectores in pascendis ovibus suis se gerant; & si quem aut laicum, aut Clericum, aut Parochum, aut Rectorem reprehendiderint a recta ratione deflectere, debitum Ecclesiis cultum non abbibere solitas conciones ad populum diebus festis, & Doctrina Christianæ interpretationem non habere, Visitationum aut a Nobis, aut a Prædecessoribus nostris emissâ decreta non custodire, (Synodales hujus Diœcesis Constitutiones non observare); ad Nos deferre. Qua in re si desides, aut negligentes erunt, sciant animarum jacturas, & Christi sanguinem de eorum manibus a Deo requisitum iri (a); & nos pro mensura negligentie eos puniemus culpabilis.

TI-

(a) Syn. Ferrariensi sub Eminentissimo Episc. D. Thoma Russo hoc tit.

TITULUS IV.

De Constitutionibus.

C A P U T I.

De Usuris.

I. **U**T immanissimo Usuræ criminis obsecratur, & nullis ambagibus, aut rigiditate omnia negotia usuraria censentur, vel laxitate opinionum Usuræ legitimentur, sed recte judicetur: nuper etiam Decretalem (a) Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIV. feliciter regnantis, in sancta oviuum, & agnorum Dominici gregis custodia infidantis, ab omnibus adamussim servandam, quantum in Domino possumus, mandamus. Eaque ut facilius sub oculis esse valeat, in hujus Synodi Appendice adnectitur.

II. Ad hujus Pontificis regulæ fermatas disposita in aliis Constitutionibus Dioecesani super materia Usurarum decreta reducimus, & pœnas spirituales in illis sancitas, confirmamus.

C A P U T II.

De Synodalibus Constitutionibus.

I. **E**Cclesiasticæ moderationi est omnino conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari (b). Proinde omnia, & singula, quæ in omnibus, & singulis Dioecesis constitutionibus sunt statuta, præter censuras, latæ sententiae, quas,

ut

(a) Epist. encycl. i. Novemb. 1743.

(b) Can. Ecclesiastice 25. q. 2.

quas, ut Evangelicæ charitati conformemur (a), ferendæ sententiæ malumus; dummodo hisce nostris Constitutionibus non aduersentur, confirmamus, & quatenus opus innovamus: atque ab omnibus, & singulis Ecclesiasticis nostræ jurisdictioni subjectis intemeratae observari mandamus.

II. Ne parras leges cum rubore quis nesciat, omnibus, & singulis de nostro & Urbano, & Dioecesano Clero præcipimus, ut harum Dioecesanarum legum Codicem postquam typis editus erit, sibi comparent. Nihilominus iidem intelligent non esse præsentibus Ordinationibus definitam, circumscriptamque nostram authoritatem; sed prout opus fuerit, easdem temperandi, dispensandi, interpretandique Nobis, nostrisque successoribus, ordinariam facultatem illæsam relinquimus.

III. Demum Constitutiones has omnes, & singulas ea, quam profitemur, humillima reverentia, & submissione erga Sanctam Catholicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, & Magistrum Sanctissimo Patri, & Domino nostro Benedicto PP. XIV. Summa in Terris Vicario Dei, & Dominis nostris Iesu Christi tabescimus, ut ejus auctoritate, quæ suscipienda sunt, approbentur, & qua corrigenda sunt, emendentur (b) ad Divini Nominis gloriam sempiternam.

Vitus Episcopus Muranus.

Nicolaus. Martuscellus Canonicus Penitentarius
Synodi Secretaritis.

Franciscus Catamonius Cancellarius, & Synodi Notarius.

I

CA-

(a) Can. sicut quedam dist. 14.

(b) S. Anselm. in prefatib. de Fide Trinit.

CATALOGUS

Officialium , Judicum , & Examinatorum
 Synodarium in hac Decima Sinodo Dicē-
 cesana , prima vero ab Illustrissimo ,
 & Reverendissimo Domino D. Vi-
 to Mojo Episcopo Murano
 celebrata .

JUDICES QUERELARUM.

Reverendissimus D. Januarius Santorius U. J. D. S. T.
 P. Terra Suesia Caput aquen Diœcesis , Illustrissimi ,
 & Reverendaissimi Domini Episcopi Vicarius Generalis ,
 Illustris , & admodum Reverendus D. Nicolaus Martuscel-
 lus U. J. D. hujas Sancta Cathedralis Ecclesia Canonici-
 cus Penitentiarius , Illustrissimi , & Reverendissimi Do-
 mini Confessor .

JUDICES SYNODALES.

Reverendissimus D. Januarius Santorius U. J. D. Vicarius
 Generalis .

Per illustris , & admodum Reverendus D. Felix Farenga
 S. Theol. Doctor Archidiaconus Muranus , Illustris . &
 Reverendiss. Domini Confessor .

Per illustris , & admodum Reverendus D. Franciscus Coccio-
 conus U. J. D. Archipresbiter Muranus .

Per illustris , & admodum Reverendus D. Nicolaus Lordus
 U. J. D. Cantor Muranus .

Per illustris , & admodum Reverendus D. Franciscus Marol-
 da U. J. D. Primicerius Muranus .

Illi-

*Illustris, & admodum Reverendus D. Nicolaus Martuscel-
lus U.J.D. Canonicus Pénitentiarius Maranus.*

EXAMINATORES SYNODEALES.

*Reverendissimus Dom. Januarius Santorius U.J. D. Vicarius
Generalis.*

*Perillustris, & admodum Reverendus D. Felix Farenga
S. Theol. D. Archidiaconus Maranus.*

*Perillustris, & admodum Reverendus D. Franciscus Loc-
eiconus U.J.D. Archipresbyter Maranus.*

*Perillustris, & admodum Reverendus D. Nicolaus Lordus
U.J. D. Cantor Maranus.*

*Perillustris, & admodum Reverendus D. Horatius Gianni-
nus U.J. D. Thesaurarius Maranus.*

*Perillustris, & admodum Reverendus D. Franciscus Ma-
rollo U.J. D. Primicerius Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Joannes Dominicus
Pistolesius Canonicus Decanus Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Stephanus Malpedius
U.J. P. Canonicus Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Alexius Ferrara U.J.
D. Canonicus Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Hyppolitus Palumbo
U.J. D. Canonicus Theologus Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Ferdinandus Fare-
ga U.J. D. Canonicus Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Michael Racanus
U.J. D. Canonicus Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Joannes Lordus
U.J. D. Canonicus Maranus.*

*Illustris, & admodum Reverendus D. Nicolaus Martuscel-
lus U.J.D. Canonicus Pénitentiarius Maranus.*

*Perillustris, & admodum Reverendus D. Joseph Majo U.J.
D. Curatus S. Catherine de Rota Urbis, Terra Marani
Neapolitana Archidiacecis.*

- Reverendus D. Lucius Pepe S. Th. D. Parochus S. Andree
bujus Civitatis.
- Rev. D. Felix Farenga U. J. D. Presbyter Muranus Curie
Episcopalis Advocatus Pauperum.
- Rev. D. Elasius Vicecomes U. J. D. Sacerdos Neapolitanus.
- Rev. D. Nicolaus Blaselli Terræ Marani Neapolitanæ Ar-
chidiæcessis, bujus Sacri Seminarii Episcopalis Rector.
- Rev. D. Joannes Baptista de Paulantonio S. Theol. Professor
Clericorum Congregationis Patris Pavonis Missionarius,
Confessorius Ordinarius Monialium bujus Civitatis, Il-
lustriſſ. & Reverendiss. Domini Convisitator, Terræ Calce-
tri Compſane Archidiæcessis.
- Adm. Rev. Pater S. Theol. Magister F. Franciscus Maria
Vecchione Ord. Min. Convent. Regens in Convent. ejusdem
Ordinis in hac Civitate.
- Adm. Rev. Pater S. Th. Professor F. Bonaventura a Ma-
ro Ordinis Cappuccinorum Exprovincialis, Concionator,
& Theologus Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalis
Ursini.
- Adm. Rev. Pater S. Theol. Professor F. Daniel a Muro
Ordinis Cappuccinorum Exdifficior, Concionator, & Guar-
dianus Conventus ejusdem Ordinis in hac Civitate.
- Adm. Rev. Pater S. Theol. Professor F. Seraphinus a Muro
Ordinis Cappuccinorum Concionator, & Lector in Con-
ventu ejusdem Ordinis in hac Civitate.
- Qui Judices, & Examinateurs Synodales supra descripti ab
universa Synodo rogante Domino Canonico Panitentia-
rio Secretario per verba Placent ne vobis, fuerunt re-
cepti per verbum Placent, prout in attis.

PROCURATOR UNIVERSI CLERI.

Perillustriſ, & admodum Rev. D. Horatius Gianninus U.
J. D. Thesaurarius Muranus.

SE.

S E C R E T A R I I.

A. J. DD. Domini Canonici Ferdinandus Farenga, & Nicolaus Martuscellus Canonicus Penitentiariorum.

SACRORUM RITUUM MAGISTRI.

Illustris, & admodum Rev. D. Stephanus Malpedius Canonicus Muranus.

Illustris, & admodum Rev. D. Marinus Tumillas Canonicus Muranus.

P R O M O T O R S Y N O D I .

Rev. D. Felix Farenga U. J. D. Curia Episcopalis Adversarius pauperum.

N O T A R I U S.

Rev. D. Franciscus Catamontas Carter Episcopalis Cancularius, S. Visitationis Secretarius, & Notarius Apostolicus.

ECONOMI PRO EXIGEN: CATHEDRATICO.

Rev. D. Joseph de Roberto batus Cathedralis Portarius.

Rev. D. Joseph Mangone batus Cathedralis Mansio-
rius Montista.

RO-

ROGITUS ACTORUM.

In Dei nomine Amen.

Presenti publico Instrumento cunctis pateat evidenter, & notum sit qualiter anno a morteitate D. N. Iesu Christi 1746. Indictione 9. die vero 15. mensis Augusti, Pontificatus D. N. in Christo Patris Benedicti i Papa XIV. anno vii. feliciter &c.

te le cose ; che gli ordinerà per la salute di esso , fugga non solo ogni avarizia , ma anche ogni minima sospet-
zione di essa ; particolarmente non dimandi , né pur con
cenni , danari o altra cosa nelle confessioni , né per occa-
sioni di esse ; anzi non solo con parole , ma più anco-
ra con gli fatti , dia ogni testimonio di abborrire simili cose .
Ingiungendo penitenza al Penitente di far dir messe , non
l' applichi diretta nè indirettamente , nè a se , nè alla sua
Chiesa , o Monistero , il medesimo osservi nelle sodisfazioni ,
che gli occorrerà far fare per occasioni di debiti incerti , per
commutazioni di voti , o simili altre cose ; nemmeno pigli de-
naro , o altre cose da restituire , eccetto se la necessità , per non
scoprir il Penitente , lo ricercasse ; ed in tal caso procuri una
poliza di ricevuta da colui , al quale averà fatta la restituzione ,
e la consegni al Penitente , e in tutto proceda di maniera , che
fugga ogni ombra , ed apparenza di avarizia .

56. Guardisi sopra tutto il Confessore di non scoprire nè
con parole , nè con segni in qualsivoglia maniera il peccato , o
il peccatore , o alcuna delle circostanze della persona , con la
quale il peccato è stato commesso ; finalmente cosa alcuna sen-
tita in confessione , per la quale si possa in qualsivoglia modo
venire a notizia di qualunque , etiam minimo peccato confessato .
E quando li occorrerà dimandar consiglio per sapere la rifo-
luzione di qualche caso , che gli sia occorso in confessione , sia
molto avvertito di farlo con persone , ed in modo , che non
si possano accorgere qual sia la persona , e per questo è bene ,
che in tutto s' astenga di parlar con altri di peccati uditi in
confessione , e parlandone per qualche bisogno con l' istesso
Penitente , non lo faccia senza sua licenza in altro modo , che
in atto di confessione , sotto il medesimo sigillo .

57. Essendo il Confessore ricercato dal Penitente , che gli
faccia fede di averlo confessato , per poterla esibire al suo Cu-
rato , la faccia nella forma infrascrivita ; la formola della Fe-
de sarà questa .

A di del mese di

mento della Penitenza a

ho ministerato il Sagra-
bitan-
te

te nella Parrocchia di

Scriva nel primo bianco il dì che si farà confessato , nel secondo il mese , nel terzo il nome , e cognome di esso Penitente , e nel quarto il nome della Parrocchia dove abita ; nel fine poi il Confessore sottoscriva il suo nome , e cognome , ed il titolo del beneficio , o ufficio ecclesiastico , dal quale più comunemente si denomina , come dire Rettore , Vicerettore , Canonico , Cappellano della Chiesa . N. o essendo Regolare abitata nel Monistero N. e tutto ciò , che si ha da scrivere ne' bianchi della detta fede stampata , sia di mano dell' istesso Confessore , o almeno il dì , e mese , e la suddetta sottoscrizione .

58. Per maggior istruzione del modo , che hanno a tenere li Confessori nell' ajuto dell' anime di quelli , a' quali averanno amministrato il Sagramento della Penitenza , se ciò chè possano perseverare , e far progresso nella grazia ricevuta , abbiamo notato gl' infrascritti ricordi . Devono li Confessori , conforme all' obbligo de' buoni Padri Spirituali pigliar special assunto d' istruire , ed incaminare nelle virtù cristiane , e nella vita spirituale tutt' i loro Penitenti ; ma principalmente quelli , da' quali saranno stati eletti per loro Padri Spirituali , alli quali ordinariamente facciano ricorso per confessarsi , e consigliarsi nelli dubbj , ed occorrenze della loro salute .

Procurino dunque di confirmare in tale stato i loro figliuoli spirituali , che siano veramente costanti nel proposito di non offendere la maestà di Dio mortalmente , ed abbiano fervente , e vivo desiderio di conformarsi sempre alla sua santissima volontà . Per questo gl' istruiranno del fine , per il qual' è stato creato l' uomo , e tutte l' altre cose , cioè di servire , ed obbedire a Dio in questa vita , e nell' altra goderlo eternamente ; che però loro devono aver animo d' adoprare , e lasciare tutte le cose , tanto quanto li possano servire a conseguire questo fine , o impedire da esso ; e facciano , che a questo abbiano indrizzato se stessi , e le sue azioni insieme con tutto quello , che hanno in questo mondo . Di modochè nel vivere , nel vestire , nel conversare , nel negoziare , ed in tutti

tutti gli altri esercizj , che faranno , si governino di sorte ; che tutti gli ajutino a conseguire questo fine : e sieno apparecchiati di moderare , e regolare , o di lasciar qualsivoglia delle sudeete cose in quello , che il suo Padre Spirituale giudicherà necessaria esser per la salute , il quale considerato lo stato , e qualità di ciascuno , gl' incaminerà conforme ad esso stato al sopradetto fine ; l' istruiscano del modo di orare secondo la capacità di ciascuno , accostumando tutti , che facciano ogni giorno almeno due volte orazione , cioè la mattina quando si levano , e la sera quando vanno a letto .

59. Oltre l' esortargli a sentire ogni giorno messa , ed andare le feste alli divini uffizj , e particolarmente quelli , che faranno capaci , così uomini , come Donne insegnare il modo di fare orazione mentale ; agli altri mostrare , come debbano dire divotamente il Rosario , la corona , ovvero l' uffizio della Madonna , ovvero li sette salmi Penitenziali , o altre simili orazioni , inducendo però generalmente tutt' i suoi figliuoli Spirituali a fare l' esame della coscienza , per il quale farà a proposito , che piglino il tempo della sera a far insieme con tutta la famiglia orazione . Gli esortino alle frequenti confessioni , e communioni , e vedano di ridurli secondo il consiglio di S. Agostino , che ogni Domenica si communichino , e quando trovassero alcuno , che non fosse disposto a far questo , cerchino di disporlo pian piano esortandolo prima a confessarsi , e communicarsi le feste principali dell' anno , cioè oltre la Pasqua , la Pentecoste , l' Assunzione della Madonna , tutt' i Santi , il Natale , la Domenica prima di Quaresima per prepararsi al santo digiuno quaresimale , e dopo accrescendoli alcuni giorni lo riduca a confessarsi ogni mese , il che fatto che avrà , farà facil cosa di ridurlo alla communione d' ogni otto giorni ; abbiano particolar cura , che spendano li giorni delle feste in onore , e servizio del Signore . Per questo gl' indurranno ad entrare in alcune di quelle compagnie , che hanno per istituto particolare spendere i giorni delle feste in orazioni , ed esercizj di opere pie . Tengano particolar conto , se sono Padri , e Madri di famiglia , che governano le lo-

le loro case ad onor di Dio , e particolarmente abbiano cura , che i loro figliuoli vadano alla Dottrina Cristiana , e condur-gli le feste seco alle prediche , vespri , lezioni sacre , e gl'incaminino su la via del confessarsi , e communicarsi spesso . Procurino , che se hanno moglie le tirino anch'esse alla frequenza degli Sagramenti , ovvero se le figliuole spirituali hanno marito , facciano il medesimo , ricordandogli quello , che S. Paolo dice , che il buon marito molte volte guadagna la moglie a Cristo , e spesse volte la moglie guadagna il marito ; facciano comprare a quelli , che fanno leggere , ed hanno il modo di alcuni libri spirituali , e devoti , quali leggano , o facciano leggere insieme con la sua Famiglia la sera , ma sime li giorni delle feste , ed a questo effetto sono buone le vite de' Santi Padri , il Gersone dell' imitazione di Cristo , l'opere di Fra Luigi di Granata , gli esercizj di vita spirituale , ed il Rosario di Don Gaspare Loarte , la pratica dell' orazione spirituale del Padre Fra Mattia Cappuccino , ed altri simili .

60. Inculcaranno spesso a i ricchi , che sono dispensatori di Dio , delle ricchezze , che hanno ; che sebbene possano sostentare con esse , e mantenere lo stato , e grado loro , devono però farlo cristianamente , e modestamente , sicchè non solo non spendano in questo più di quello , che portano le sue forze , ma più tosto meno , conforme anche a quello , che hanno conosciuto , ed insegnato sino i Gentili , che hanno grande obbligo di fare elemosine ; avvisandoli , che per non errare in preccetto di tanta importanza , si regolino col consiglio di persone spirituali , ed intelligenti ; e finalmente conforme allo stato , e condizione di ciascuno suo figliuolo spirituale a tutti daranno quelli ricordi , ed ajuti , che giudicaranno necessari , ed utili , acciò si conservino , e crescano nella via del Signore .

**Propositiones , quæ damnatæ fuerunt a
f. r. Alexandro VII. Innocentio XI.
ac Alexandre VIII.**

Ad tit. 2. cap. 5.

Feria v. die 24. Septembris. 1665.

IN Congregatione generali Sanctæ Romanæ , & universalis inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. Alexandre Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis , & Reverendissimis DD. S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus a Santa Sede Apostolica specialiter deputatis :

Sanctissimus D. N. audivit non sine magno animi sui mœrore , complures opiniones christianæ disciplinæ relativas , & animarum perniciem inferentes , partim anti-quas iterum suscitari , partim noviter prodire ; & flam-mam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis excrescere , per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi inrepsit alienus omnino ab evan-gelica simplicitate , Sanctorumque Patrum doctrina , & quem si pro recta regula Fideles in praxi sequerentur ingens eruptura esset christianæ vitæ corruptela . Quare neullo unquam tempore viam salutis , quam suprema veritas Deus , cuius verba in eternum permanent , arctam esse definivit , in animarum perniciem dilatari , seu verius perverti contigeret , idem Sanctissimus D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiis , lata-que , per quam itur ad perditionem , via , pro Pastorali sollicitudine in rectam semitam evocaret earundem opinio-num examen , pluribus in Sacra Theologia Magistris , & deinde Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus , contra hæ-reticam pravitatem , generalibus Inquisitoribus , serio commisit ; qui

qui tantum negotium strenue aggressi , eique sedulo incur-
bentes , & mature discussis usque ad hanc diem , infra scriptis
propositionibus , super unaquaque ipsarum sua suffragia san-
ctitati sue sigillatim exposuerunt .

1. Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elice-
re actum fidei , spei , & charitatis , ex vi præceptorum divi-
norum ad eas virtutes pertinentium .

2. Vir equestris ad duellum provocatus ; potest illud ac-
ceptare , ne timiditatis notam apud alios incurrat .

3. Sententia asserens , Bullam Cœnæ solum prohibere
absolutionem hæresis , & aliorum criminum , quando publi-
ca sunt , & id non derogare facultati Tridentini , in qua de
occultis criminibus sermo est , anno 1629. 18. Julii , in con-
sistorio Sacr. C. Emin. Cardinalium visa , & tolerata est .

4. Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere
quoscunque seculares ab hæresi occulta , & ab excommuni-
catione propter eam incursa .

5. Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreti-
cum , non teneris denunciare , si probare non possis .

6. Confessarius ; qui in Sacramentali confessione tribuit
Pœnitenti cartam postea legendam , in qua ad venerem inci-
tat , non consetur sollicitasse in confessione , ac proinde non
est denunciandus .

7. Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicita-
tionis est : si sollicitatus confiteatur cum sollicitante , hic po-
test ipsum absolvere , absque onere denunciandi .

8. Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem mis-
sa licet accipere , applicando petenti partem , etiam specia-
lissimam fructus ipsimet Celebranti correspondentem , idque
post Decretum Urbani VIII.

9. Post Decretum Urbani , potest Sacerdos , cui missæ
celebrandæ traduntur , per alium satisfacere , collato illi minori
stipendio , alia parte stipendiī sibi retenta .

10. Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis sti-
pendium accipere , & Sacrificium unum offerre , neque etiam
est contra fidelitatem , etiamsi promittam promissione , etiam

juramento firmata , danti stipendium , quod pro nullo alio offeram .

11. Peccata in confessione omissa , seu oblita ob instans periculum vitae , aut ob aliam causam , non tenemur in sequenti confessione exprimere .

12. Mendicantes possunt absolvere a casibus Episcopis reservatis , non obtenta ad id Episcorum facultate .

13. Satisfacit præcepto annuae confessionis , qui confiteretur Regulari , Episcopo presentato , sed ab eo injuste reprobato .

14. Qui facit confessionem voluntarie nullam , satisfacit præcepto Ecclesiæ .

15. Pœnitens propria autoritate substituere sibi aliud potest , qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat .

16. Qui beneficium Curatum habent , possunt sibi eligere in Confessarium simplicem sacerdotem non approbatum ab ordinario .

17. Est licitum Religioso , vel Clerico , calumniatorem gravia crimina de se , vel de sua Religione spargere minantem , occidere , quando alias modus defedendi non suppetit , uti suppetere non videtur , si calumniator sit paratus , vel ipsi Religioso , vel ejus Religioni publice , & coram gravissimis viris , prædicta impingere , nisi occidatur .

18. Licet interficere falsum Accusatorem , falsos Testes , ac etiam Judicem , a quo iniqua certo imminet sententia , si alia via non potest innocens damnum evitare .

19. Non peccat Maritus occidens propria autoritate uxorem in adulterio depræhensam .

20. Restitutio a Pio V. imposta Beneficiatis non recitantis , non debetur in conscientia , ante sententiam declaratoriam Judicis , eo quod sit pœna .

21. Habens Cappellaniam collativam , aut quodvis aliud beneficium Ecclesiasticum , si studio litterarum vacet , satisfacit suæ obligationi , si officium per alium recitet .

22. Non est contra iustitiam beneficia ecclesiastica non con-

conferre gratis , quia collator conferens illa beneficia ecclesiastica, pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficij , sed veluti pro emolumento temporali , quod tibi conferre non tenebatur.

23. Frangens jejunium Ecclesiae , ad quod tenetur , non peccat mortaliter , nisi ex contemptu , vel inobedientia hoc faciat , puta quia non vult se subjicere præcepto.

24. Mollities , sodomia , & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ , ideoque sufficit dicere in confessione se procurasse pollutionem .

25. Qui habuit copulam cum soluta , satisfacit confessionis præcepto , dicens : commissi cum soluta grave peccatum contra castitatem , non explicando copulam .

26. Quando litigantes habent pro se opiniones eque probabiles , potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius , præ alio .

27. Si liber sit alicujus junioris , & moderni , debet opinio censeri probabilis , dum non constet , rejectam esse a Se de Apostolica tanquam improbabilem .

28. Populus non peccat , etiamsi absque ulla causa , non recipiat legem a Principe promulgatam .

Quibus peractis , dum similium propositionum examini cura , & studium impenditur , interea idem sanctissimus re mature considerata statuit , & decrevit , prædictas propositiones , & unamquamque ipsarum , ut minimum , tanquam scandalosas , esse damnandas , & prohibendas , sicut eas damnat , ac prohibet ; ita ut quicunque illas , aut conjunctim , aut divisim docuerit , & defenderit , ediderit , aut de eis etiam disputative publice , aut privatim tractaverit , nisi forsitan impugnando , ipso facto incidat in excommunicationem , a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio , quacunque etiam dignitate fulgente , nisi a pro tempore existente Romano Pontifice , absolvi .

Insuper districte in virtute sanctæ obedientiæ , & sub interminatione divini Judicii prohibet omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis , dignitatis , ac status , etiam species ,

cialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Joannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco † sigilli.

Anno a Nativitate D.N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto Indictione tertia, die vero 2. mensis Octobris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri, Divina Providentia Papæ VII. anno undecimo; supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Flora, &c in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum ejusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

Feria v. die 18. Martii 1666.

IN Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & universalis inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis cœram Sanctissimo D. N. D. Alexandro, Divina Providentia Papa VII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S.R.E. Cardinalibus in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, a S. Sede Apostolica, specialiter Deputatis.

Sanctissimus D. N. post latum Decretum die 24. Septembris proxime elapsi, quo viginti octo propositiones damnatae fuerunt, examinatis sedulo, & accurate, usque ad hanc diem infra scriptis aliis quadragesimum quintum numerum impletibus, per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reverendissimos DD. Cardinales adversus hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia sigillatim super unaquaque ipsarum audivit.

Propositio 29. In die jejunii, qui sæpius modicum, quid comedit, et si notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejinium.

30. Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant;

rant; sunt excusati ab obligatione jejunii; nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

31. Excusantur absolute a præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter unius diei confiant.

32. Non est evidens, quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33. Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascunque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34. In die Palmarum recitans officium Paschale, satisfacit præcepto.

35. Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die praesenti, & crastino.

36. Regulares possunt in foro conscientiae uti privilegiis suis, quæ sunt expresse revocata per Concilium Tridentinum.

37. Indulgentiae concessæ Regularibus, & revocatae a Paulo V. hodie sunt revalidatae.

38. Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.

39. Illa particula quamprimum intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40. Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantum veniale osculum habitum ob delegationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulterioris, & pollutionis.

41. Non est obligandus Concubinarius ad ejiciendam concubinam, si haec nimis utilis esset ad oblationem concubinarii, vulgo regalo, dum deficiente illo, nimis egre ageret vitam, & aliae epule tœdio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur.

42. Licitum est mutuanti aliquid ultra sortem exigere, si se obligat ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43. An-

43. Antuum legatum pro anima relictum non durat plusquam per decem annos.

44. Quoad forum conscientiae, reo corredo, ejusque contumacia cessante, cessant censuræ.

45. Libri prohibiti, donec expurgentur possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus mature pensatis, idem sanctissimus statuit; ac decrevit, praedictas propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: itaut quicunque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis, etiam disputative publice, aut privatim tractarit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non poscit (praeterquam in articulo mortis) ab alio, quacunque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice, abolvi.

Insuper districtæ in virtute sanctæ obedientiæ, & sub-interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi-delibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne praedictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad proxim deducant.

Joannes Lupa Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco + sigilli.

Anno a Nativitate D. N. Iesu Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die vero 13. mensis Martii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Alexandri Divina Providentia Papæ VII. anno undecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancelariæ Apostolicæ, in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum ejusdem SS. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Fe.

Feria v. die 2. Martii 1679.

IN generali Congregatione Sanctæ Romanae, & Universaliis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Vaticano coram Sanctissimo D. N. D. Innocentio, Divina Providentia Papa XI. ac Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra haereticam pravitatem, Generalibus Inquisitoribus, a Sancta Sedie Apostolica, specialiter Deputatis.

Sanctissimus D. N. Innocentius Papa XI. praedictus ovium sibi a Deo creditarum saluti, sedulo incumbens, & salubre opus in segregandis noxiis doctrinarum pascuis ab innoxiis a feliciter record. Alexandro VII. Praedecessore suo inchoatum, prosequi volens, plurimas propositiones partim ex diversis, vel libris, vel thesibus seu scriptis excerptas, & partim noviter adinventas Theologorum plurium examini, deinde Eminentiss. & Reverendiss. Dominis Cardinalibus contra haereticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus subjecit. Quibus propositionibus sedulo, & accurate sepius discussis, eorumque Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per sanctitatem suam auditis. Idem Sanctissimus D. N. re postea mature considerata statuit, & decrevit pro nunc sequentes propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut minimum tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas sua per hoc Decretum alias propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati sue quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas; vel exhibendas nullatenus approbare.

1. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurendi. Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2. Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem

nionem etiam minus probabilem .

3. Generatim dum probabilitate sive intrinseca , sive extrinseca , quantumvis tenui , modo a probabilitatis finibus non exeat , consili aliquid agimus , semper prudenter agimus .

4. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens ductus opinione minus probabili .

5. An peccet mortaliter , qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita eliceret , condemnare non audemus .

6. Probabile est , ne singulis quidem rigorose quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum .

7. Tunc solum obligat , quando tenemur iustificari , & non habemus aliam viam , qua justificari possumus .

8. Comedere , & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum , modo non ob sit valetudini , quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui .

9. Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa , ac defectu veniali .

10. Non tenemur proximum diligere actu interno , & formaliter .

11. Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos .

12. Vix in secularibus invenies , etiam in Regibus , superfluum statui . Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam , quando tenetur tantum ex superfluo statui .

13. Si cum debita moderatione facias , potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari , & de illius morte naturali gaudere , illam inefficaci affectu petere , & desiderare , non quidem ex displicantia persone , sed ob aliquod temporale emolumentum .

14. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris , non quidem ut malum Patris , sed ut bonum cupientis , quia nimis ei obventura est pinguis hæreditas .

15. Licitum est filio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpatrato propter ingentes divitias inde ex hæreditate consecutas .

16. Fi-

16. Fides non censetur cadere sub preceptum speciale, & secundum se.

17. Satis est actum fidei semel in vita elicere.

18. Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, ut peccaminosum per se non damno.

19. Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei per se sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensu m impellantium.

20. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis; imo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22. Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

23. Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit.

24. Vocare Deum in testem mendacij levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.

26. Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine, juret se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus.

27. Causa justa utendi his amphiboliis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28. Qui mediante commendatione, vel munere, ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali praefare juramentum, quod de mandato

O 2

Re-

Regis a similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29. Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

30. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter haec ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuisse percutiat, & post impactum alapam, vel ictum fustis fūgit.

31. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

32. Non solum licitum est defendere defensione occisiva; quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos posselluros speramus.

33. Licitum est tam hæredi, quam legatario contra injuste impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & jus habeati in Cathedram, vel Præbendam contra eorum possessionem injuste impediētem.

34. Licet procurare abortum ante animationem fætus, ne puella depræhensa grava occidatur, aut infametur.

35. Videtur probabile, omnem fætum, quandiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur; ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36. Permissum est furari, non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37. Famuli, & famulæ domesticæ possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorēm judicant salario, quod recipiant.

38. Non tenetur quis sub poena peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

40. Con-

40. **Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem personæ , & cum contractu retrovenditionis prævię initio, cum intentione lucri .**

41. Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda , & nullus sit , qui non majoris faciat pecuniam præsentem , quam futuram, potest creditor aliquid ultra sortem a mutuantario exigere , & eo titulo ab usura excusari .

42. Usura non est , dum ultra sortem aliquid exigitur , tanquam ex benevolentia , & gratitudine debitum , sed solum si exigatur tanquam ex iustitia debitum .

43. Quidni non nisi veniale sit detrahentis autoritatem magnam sibi noxiā falso crimine elidere ?

44. Probabile est non peccare mortaliter , qui imponit falsum crimen alicui , ut suam iustitiam , & honorem defendat . & si hoc non sit probabile , vix ulla erit opinio probabilis in Theologia .

45. Dare temporale pro spirituali , non est simonia , quando temporale non datur tanquam pretium , sed dumtaxat tanquam motivum conferendi , vel efficiendi spirituale , vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali , aut contra .

46. Et id quoque locum habet , etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale ; imo etiam si sit finis ipsius rei spiritualis , sic ut illud pluris sustinetur , quam res spiritualis .

47. Cum dicit Concilium Tridentinum , eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare , qui nisi , quos digniores , & Ecclesie magis utiles ipsi judicaverint , ad Ecclesias promovent , Concilium vel primo videtur per hoc , Digniores , non aliud significare velle , nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo , pro positivo ; vel secundo locutione minus propria posse digniores , ut excludant indignos , non vero diagnos ; vel tandem loquitur tertio , quando fit concursus .

48. Tam clarum videtur , fornicationem secundum se nullam involvere malitiam , & solum esse malam , quia interdicta , ut contrarium omnino rationi dissontum videatur .

49. Mollities sive naturæ prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, sepe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50. Copula cum conjugata consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicatum.

51. Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat hemin suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id facit metu notabilis detrimenti, puta ne a Domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52. Preceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53. Satisfacit precepto Ecclesie de audiendo sacro, qui duas ejus partes, imo quatuor simul, a diversis Celebrantibus audit.

54. Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem.

55. Precepto Communionis annuae satisfic per sacrilegam Domini mandationem.

56. Frequens Confessio, & Communionio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57. Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modo honestam.

58. Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59. Licet sacramentaliter absolvere dimidiate tantum Confessos ratione magni concursus Pœnitentium, qualis, v.g. potest contingere in die magnæ alicujus Festivitatis, aut Indulgentiæ.

60. Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesie, et si emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio; dummodo

modo ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61. Potest aliquando absolvī, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere: quinimmo directe, & ex proposito querit, aut ei se ingerit.

62. Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.

63. Licitum est querere directe occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.

64. Absolutionis capax est homo quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, necliat mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

65. Sufficit illa mysteria semel credidisse.

Quicumque autem cuiusvis conditionis, status, & dignitatis illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel divisiim defendet, vel ediderit, vel de eis disputative publice, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem latæ sententiae, a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi pro tempore existente Romano Pontifice, absolvī.

Insuper districte in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub interdictione Divini Judicij prohibet omnibus Christifidelibus, cuiuscumque conditionis, dignitatis, & status etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Tandem ut ab injuriosis contentionibus Doctores, seu scholastici, aut alii quicumque in posterum se abstineant, & ut paci, & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quam in thesibus, disputationibus, ac predicationibus caveant ab omni censura, & nota, necnon a quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos, hinc inde controvèrtuntur, donec a Sancta Sede recognitæ, & super iisdem propositionibus judicium proferatur.

Fran-

Franciscus Riccardus Sanctæ Romanae, & Universalis
Inquisitionis Notarius.

Loco + sigilli.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcen-
tesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die vero 4.
mensis Martii Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris,
& D. N. D. Innocentii, Divina Providentia Papæ XI. an-
no tertio, supradictum Decretum affixum, & publicatum
fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariae
Apostolice, ac in acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis,
& consuetis Urbis per me Francisum Perinum ejusdem Sanctiss.
D. N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

Feria iv. die 18. Novemb. 1682.

IN Congregatione generali Sanctæ Romanae, & universalis
Inquisitionis habita in Conventu S. Mariæ super Minervam
coram Eminentissimis, & Reverendissimis DD. S.R.E. Cardi-
nalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pra-
vitatem generalibus Inquisitoribus, a S. Sede Apostolica, specia-
liter Deputatis.

Prævia matura consultatione DD. Consultorum facta fuit
discussio sequentis propositionis: *Scientia ex confessione acqui-
sita uti licet, modo fiat sine directa, ant. indirecta revelatio-
ne, & gravamine pœnitentis, nisi aliud multo gravius ex
non usu sequatur: in cujas comparatione prius merito conte-
nnatur.* Addita deinde explicatione, sive limitatione, quod
sit intelligenda de usu scientiæ ex confessione acquisita cum
gravamine pœnitentis seclusa quacumque revelatione: atque
in casu, quo multo gravius gravamen ejusdem Pœnitentis ex
non usu sequeretur; & statuerunt dictam propositionem, qua-
tenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine pœnitentis,
omnino prohibendam esse, etiam cum dicta explicatio-
ne, sive limitatione; & præsenti decreto prohibent, ne quis
ultra audeat talem doctrinam publice, aut privatim docere,
aut defendere, sub pœnis arbitrio Sacr. Congregationis infi-
gendas;

gendis ; mandantes etiam universis Sacramenti poenitentiae
Ministris , ut ab ea in praxim deducenda prorsus abstineant .

Franciscus Riccardus Sanctae Romanae , & Universalis
Inquisitionis Notarius .

Loco + sigilli .

Die v. Decembris 1682. supradictum decretum affixum
& publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum
Palatii S. Officii , & in aliis locis solitis , & consuetis Urbis
per me Franciscum Perinum SS. D. N. Papæ , & S. Inqui-
sitionis Cursorem .

Feria v. die 24. Augusti 1690.

IN Congregatione generali Sanctæ Romanae , & universalis
inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirina-
lis coram SS. D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papa
VIII. ac Eminentissimis , & Reverendissimis DD. S.R.E. Car-
dinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pra-
vitatem generalibus Inquisitoribus, a S. Sede Apostolica, specia-
liter Deputatis .

Sanctissimus D. Alexander Papa VIII. non sine magno
animi sui mœrore audivit duas Theses , seu propositiones ,
unani denuo , & in majorem Fidelium perniciem suscitari , al-
teram de novo erumpere . Et cum sui Pastoralis officii munus
sit , oves sibi creditas a noxiis pascuis avertere , & ad saluta-
ria semper dirigere , dictarum Thesisum , sive propositionum
examen pluribus in Sacra Theologia Magistris , & deinde
Eminentissimis , & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra
hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus sedulo com-
misit , qui pluries re mature discussa , infra scriptis Thesisibus , seu
propositionibus super unaquaque ipsarum sua suffragia sancti-
tati suæ sigillatim exposuerunt .

I. Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum
natura rationali : formalis vero in conformitate actus cum re-
gula morum . Ad hoc sufficit , ut actus moralis tendat in fi-
nem ultimum interpretative : *Hunc homo non tenetur ana-*

P

rc ,

re neque in principio, neque in cursu vita sua moralis.

II. Peccatum philosophicum, seu morale est actus huma-nus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi: Theolo-gicum vero, & morale est transgressio libera Divinæ legis: Philosophicum, quantumvis grave, in illo, qui vel Deum igno-rat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens ami-citiam Dei, neque æterna poena dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus, omnibus plene, & ma-tu-re consideratis primam Thesim, seu Propositionem declara-vit hæreticam, & uti talem damnandam, & prohibendam es-se, sicuti damnat, & prohibit sub censuris, & poenis contra Hæreticos, & eorum fautores in Jure expressis: secundam Thesim, seu Propositionem declaravit scandalosam, tem-erariam piarum aurium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibit, itaut illam quicumque docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam disputaverit publice, seu privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio qua-cumque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existen-te Romano Pontifice absolvi. Insuper districte in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibit omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictam Thesim, seu Propositionem ad proxim deducant.

Alexander Speronus Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco + sigilli.

Die 24. Augusti 1690. supradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Pa-lati S. Officii, in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum SS. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Feria

Feria v. die 7. Decembris 1690.

IN generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universaliis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctissimo D. N. Alexandro, Divina Providentia Papa VIII. ac Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus S. R. E. in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem, Generalibus Inquisitoribus, a Sancta Sede Apostolica, specialiter Deputatis.

Sanctissimus D. N. Alexander Divina Providentia Papa VIII. prædictus: pro pastorali cura ovium a Christo Domino sibi commissa de earum salute sollicitus, ut inoffenso gradu per rectas semitas possint incedere, & pascua nimium perniciofa in pravis doctrinis exhibita vitare unius supra triginta Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, ac Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus commisit; qui tantum negotium diligenter aggressi, eique sedulo, ac pluries incumbentes, super unaquaque ipsarum sua suffragia sanctatæ suæ ligillatim detulerunt.

Propositiones autem sunt infra scriptæ, v3.

1. In statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, peccato originali, & libertate Adami peccantis.

2. Tametsi detur ignoratia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat a peccato formalí.

3. Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam.

4. Dedit semetipsum pro Nobis oblationem Deo, non pro solis Electis, sed pro omnibus, & solis fidelibus.

5. Pagani, Judæi, Hæretici, aliquique hujus generis nullum omnino accipiunt a JESU Christo influxum; adeoque hinc recte inferes, in illis esse voluntatem nudam, & inermem, sine omni gratia sufficienti.

6. Gratia sufficiens statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est, sic ut proinde merito possimus petere. A Gratia sufficienti *Libera nos Domine.*

7. Omnis humana actio deliberata, est Dei dilectio, vel mundi: si Dei, charitas Patris est, si mundi concupiscentia carnis, hoc est, mala est.

8. Necesse est infidelem in omni opere peccare.

9. Re vera peccat, qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem, & inconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offendit respectu.

10. Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, mere ut cœlestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11. Omne, quod non est ex fide christiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est.

12. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides, & etiamsi videantur credere, non est fides divina, sed humana.

13. Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur.

14. Timor gehennæ non est supernaturalis.

15. Attritio, quæ gehennæ, & poenarum metu concipiatur, sine dilectione benevolentiae Dei, propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.

16. Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni, induxit, non politia, aut institutio Ecclesie, sed ipsa Christi lex, & præscriptio, natura rei idipsum quodammodo dictante.

17. Per illam prædictam mox absolvendi ordo poenitentiae est inversus.

18. Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Poenitentiae, etiamsi plurimorum hominum substantient authoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

19. Homo debet agere tota vita poenitentiam pro peccato originali.

20. Confessiones apud Religiosos factæ pleræque vel sacrilegæ sunt , vel invalidæ .

21. Parochianus potest suspicari de Mendicantibus , qui eleemosynis communibus vivunt de imponenda nimis levi , & incongrua pœnitentia , seu satisfactione , ob quæstum , seu lucrum subsidii temporalis .

22. Sacrilegi sunt judicandi , qui jus ad communionem percipiendam prætendunt , antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint .

23. Similiter arcendi sunt a Sacra Communione , quibus non dum inest amor Dei purissimus , & omnis mixtionis expers .

24. Oblatio in templo , quæ fiebat a B. V. M. in die Purificationis sive per duos pullos columbarum , unum in holocaustum , & alterum pro peccatis , sufficienter testantur , quod indigerit purificatione , & quod filius , qui offerebatur , etiam macula Matris maculatus esset , secundum verba legis .

25. Dei Patris sedentis simulacrum nefas est christiano in templo collocare .

26. Laus , quæ defertur Mariæ ut Mariæ , vana est .

27. Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus : in nomine Patris , &c. prætermisso illis , Ego te baptizo .

28. Valet Baptismus collatus a Ministro , qui omnem ritum externum , formamque baptizandi observat , intus vero in corde suo apud se resolvit , Non intendo facere , quod facit Ecclesia .

29. Futilis , & toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium æcumenicum autoritate , atque in fidei quæstionibus decerneñdis infallibilitate .

30. Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam , illam absolute potest tenere , & docere , non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam .

31. Bulla Urbani VIII. In eminenti , est subreptitia .

Quibus mature cconsideratis idem Sanctissimus statuit , & decrevit 31. supradictas propositiones tanquam temerarias ,
scam.

scandalosas, male sonantes, injuriosas, hæresi proximas, hæresim sapientes, erroneas, schismaticas, & hæreticas respectively, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat & prohibet, itaut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputatione, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsitan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (praeterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districte in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub intermissione Divini Judicij prohibet omnibus Christifidelibus cuiuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim ducant.

Non intendit tamen Sanctitas sua per hoc decretum alias Propositiones in majori numero ultra prædictas 31. jam exhibitas, & in hoc decreto non expressas approbare.

Alexander Speronus S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Loco + sigilli.

